dunt inſup plures ægyptii ab eis colonias per uniuerſũ orbẽ deductas. Nã i babiloniã colonos tradudixiſſe belũ neptũni uolũtq; libiæq; filiũ: q ſedẽ urbi pone euphratẽ cum elegiſſet: ſacerdotes hos caldeos babylonii: more uocãt ægyptioꝝ iſtar obſeruarẽt. Phiſicis etiã aſtrologiæq; dediti eſſent iſtituit: Ferunt etiã danaum ex ægypto ꝓfectum antiqſſima fere urbium græciæ argos condidiſſe. Cocleoꝝ quoq; gẽtẽ: qui i põto ſunt iudeos iſuper q arabiã iter ſyriãq; conſedere ab ipſis teſtãtur trãſmigraſſe. Quapꝑter: & apud has nationes antiquo more circunciduntur pueri: ab ægypto ea conſuetudine traducta. Quinetiã atheniẽſes colonos ſaitaꝝ ægyptiæ gentis eſſe: eo afferre argumento nitunt: q apud græcos tãtum urbs aſtyuocatur ab ægyptioꝝ more olĩ tripatitiã fuiſſe aſſeuerãt. Nã primus gradus erat nobilium: q præ cæteris doctrinæ dediti maiore honore digni habebantur: i ea re ſacerdotibus ægyptiis pſimiles. Secundus eoꝝ: quibus ãgri erant aſſignati: ut armis intenti eſſent ꝓ patriæ defẽſione illis pares q̃ i ægypto agros tenentes milites ad bellũ ſubminiſtrabãt. Tertius plebis erat atq; opificum: q artibus mercenariis ĩtenti neceſſarias operas præberent. Ordo ab ægyptiis ſumptus. Fuerunt & ægyptii qdã athenienſum duces. Dipetes enĩ i neſte: q ad troiam militauit: pater cum eſſet ægyptius poſtmodũ athenienſium ciuis: & rex factus ẽ. Eum duplicis naturæ extitiſſe aiunt: quoniã duplicis politiæ græce ſcilicet: & barbare: quaꝝ altera partem feræ habet: homĩs altera participes fuerit. Similiter & erichtheum tradunt ægyptiũ genere athenienſibus impaſſe. Cuius rei hæc aſſerunt argumenta. Cum maxima ſiccitas omnem fere orbẽ præter ægyptum perualiſſet: ex q̃ ingens frugum hominũq; ꝑnities ſecuta eſt: attuliſſe ex ægypto dicunt erichtheum propter cognationẽ athenienſibus frumentum: obq; id beneficium eis regẽ cõſtitutum: q ſumpto regno docuit eos cerimonia ac myſteria Cereris eleuſinæ ab ægyptiis trãſlata. Eã quoq; deã his tꝑibus coæuã athẽas frumenta compertaſſe dicunt: & ſerere denuo triticum docuiſſe. Aſſẽtiuntur atheniẽſes regnãte erichtheo: cum oẽs terræ fructus ſiccitas abſumpſiſſe cererem ꝑſentẽ frumẽto eos iuuiſſe. Sacra inſup: & miſteria eius deæ tunc in eleuſina ſuſcepta. Quæ eadẽ & penes ægiptios celebrãt. Nã & Eumelpides ab ægiptiis ſacerdotibus tradducti ſunt: & a poſtophoris ꝑcones ſolos ex græcis athenienſes p iſidem iurare ac forma moribuſq; ægiptiis ſimiles pluraq; alia his ſimilia magis ambitioſe q̃ uere afferunt. Sed đ hac colonia ambigitur ꝓpter gloriam ciuitatis. Verum plures colonias áffirmãt ægiptii a ſuis maioribus ad uaria orbis loca: tũ ꝓpter ãplitudĩem regum tum ꝓpter hoĩum multitudinem traductas: de qbus cũ neq; certa ueſti-

giis ſcriptoꝝ teſtimōio cōſtet īdignas exiſtimauimus quæ litteris mādá rēt. Sed hactenus de his: quæ theologi ægyptii tradūt. Nūc de ſitu eius deq; nilo ac cæteris memoratu dicendum dignis. Aegyptus ferme ad me ridiē ſita: tū qa ipa natura munita eſt: tū regiōis amœnitate cæteris uideť regnis excellere. Ab occidente deſertū tutatur: & ſiluestris libiæ ps in lon gū protenſa nō ſolū aquarū inopia: ſterilitate rerum difficili aditu: ſed ad modum periculoſo. A meridie tum uili cataractis angiť: cū montibus ei cōtiguis. Attoglodití extremiſq; æthiopiæ finibus: ſtadiis quīq; milibus: & quīgentis: neq; facile nauibus fluuius eſt paruius: neq; adīi itinere ter reſtri poteſt: niſi aut a regibus aut a magno quodā ꝑparato ad uictū cō meatu. Ab oriente uero tum fluuio munita eſt: tum deſerto latiſſimi cā pi baratra appellati Eſt ſyriam inter ægyptumq; palus admodum ꝓfun da: quā ſeruoniā dicunt latitudinē oīo anguſta: longitudo ſupra ducenta ſtadia ꝓtenditur: locis inſciis picula inſpata afferunť. In arcto enim con tractā: arenæ cumuli circūſtāt: qui notis uentis agitati ī aquā deferuntur: adeo arena denſa ut īmixta aquæ continēs uideatʼ: neq; facile: terra ſit an aqua deſcerni queat. Quo fit ut plures ignota loci natura neq; uiā edo cti uadū tenentes cum oī exercitu abſorpti ſint. Nā arenā. quæ eminēt ſta re ut cōtinens uideť ingreſſi labuntur lōgius: neq; deinde raptis gurgite: regrediendi: aut emergendi facultas datur. Limo. n. demerſi nullā ſperāt ſalutē: cū eniti aut uti uiribus nequeāt: ſed abſorbeāť ī ꝓfundum ab ha rena aqua circūfuſa: cū ueluti limus neq; uado: neq; nauibus ſit puius: q̄ res baratri cognomē dedit. Et hæc de tribus qbus ægyptus munitur: par tibus: dicta a quarto latere mare clauditur ī portuoſo: & qd difficilem ꝑ beat adeuntibus acceſſum. Nā a paretonio lybi ioppem uſq;: quæ eſt ī ſy riæ ſinu: ſtadiis uero quinq; millibus nullus nauigantibus: excepto pha ro tutus eſt portus: loca ſunt præterea per uniuerſū littus ſtagnantia atq; ignota nautis: quo accidit ut maris ſe fugere picula exiſtimantes tanq̄ in tutum ad littus dirrectis nauibus de īprouiſo ſtagnis inhereāt oī euaden di ſpe ſublata. Quidam cum præuidere continentem nequeant. regio enim omnis planā ac ꝺpreſſa eſt: hi quidem ad ſtagna ac palluſtria loca: hi ad deſerta ꝺferuntur. Aegyptus igitur his locis reddītur tuta. Forma eius ob longa. nam maritima ora duo millia complectitur ſtadia. Medi terranea uero: ſtadia circiter millia ſexaginta: olim numero hominum omnes fere orbis gentes ſuperauit. neque nunc quoque aliis nationibus multitudine cedens opida inſigna ciuitate quæ priſcis temporibus ul tra decem & octo milia fuiſſe in egypto libri ſacri continēt ptolomei la gi tempore amplius tria milia: quæ & uſq; ad noſtram ætatem ꝑdurāt.

añumerata ſunt. Vniuerſi populi numeꝝ fuiſſe antiquitus ſepties decieſ centena miliũ: nũc haud pauciores eſſe ter decies cẽtenis milibus tradũt. Hæc extitit cã cur tradant priores ægypti reges magnis mirandiſq; ope ribus ab ſe multitudĩe hoĩum cõſtructis: ĩmortalia gloriæ eoꝝ monumẽ ta reliquiſſe: Sed de his poſterius ſcribet diligentius. Nũc niſi naturã re gionũq; quas ĩterfluit ſitũ: & ꝓprietatẽ ꝓſequamur. Nilus a meridie ad ſeptẽtrionẽ fertur: ortus ex fontibus in extremis æthiopiæ finibus ad q̃ loca: deſerta enim ſunt: ꝓpter æſtus intemperiẽ nullus aditus fuit. Maxi mũ omnium flumen cũ per uarias pluresq; ferat regiones: magnos fle xus facit quandoq; ad orientẽ & arabiã: quãdoq; ad occidenem & libyã fluens. Eius decurſus ab æthioptæ montibus uſq; ad mare ſtadia duo decim ferme milia cum eius flexibus cõplectitur. Facit autem inſulas in æthiopia cum plures alias tum maxime unam ĩſignem: nomine meroẽ. Vbi duorũ & uiginti ſtadiorum latitudinem habet. Ab inferioribus ue ro locis arctior eſt: curſu eius in duas partes diuiſo: harum unam quæ in libyam defluit: uaſtæ profundæ abſorbent harenæ. Que contra in ara biam fertur: in palludes ac ſtagna ingentia: quæ circum uariæ ĩhabitãt gẽ tes flectitur ægyptum ingreſſus tum decem ſtadiorum: tum pauciorũ la titudine non recto curſu uarios flexus agit & nunc orientẽ nũc occiden tẽ uerſus q̃ndoq; in meridiem contrario delatus curſu. Sunt montes ab utraq; fluuii parte ꝓtenſi conualibus & anguſtiis præcipiciis interiectis ĩq; magno ĩpetu lapſus rurſus tanq̃ ui repulſus p campos fundit ad me ridiem ſpectans uſq; ad locum efficanum nomine: & naturalem deiceps repetit curſũ. Tam inſignis fluuius ſolus omniũ abſq; fluctibus qetus ẽ & tranqllus p̃terq̃ cũ fertur ĩter cataractas. locus eſt latitudĩe ſtadiorũ decem. accliuis præceps in ãguſtum clauſus inter conualles ubi frequen tia ſaxa ſcopulis ſimilia aquam magna uertigine mirabiliq; alliſam refle ctunt. inq; contrarium curſum ſpumis agunt redundãtibus. Quæ res ſtuporem aſpicientibus præbet: Eſt enim ita uelox hoc in loco aquæ de curſus ut ſagittæ ſimilis uideatur. Cum augetur aquarum incremẽto ni lus. ideoque leniori curſu aqua ſupereminente ſcopulis quidam per ca taractas nauibus uenti contrarii diſcedunt. Aſcẽdendi nulla eſt facultas: ui fluminis omne hominum ingenium ſuperãte. Cataractæ plures ſũt: ſed maxima in æthiopia atq; ægypti finibus ſita complectitur fluuius ĩ ſulas plurimas ſed præcipuã ĩ meroen in qua eſt urbs inſignis ĩſulæ no mine: quã cambyſes cõdidit. a matre eius denominatam. Huius inſulæ forma ſcuti perſimilis magnitudine ſuperat cæteras nili inſulas. Patet. n. longitudine ſtadiis tribus milibus latitudine mille ciuitates ĩ ea ſũt plu

res:ſed cæteris nobilior meroe::ab cuius uno latere libyam uerſus plur-
mi arenæ cumuli cum ab altero ad arabiā poſitæ præcipitia montis inſu
lā cingūt. Effodiunt in ea auꝛ argentū æs. ferrū:hebenū īſup fert lapidū
q; multiplex genus. Tot autem nilus inſulas cōtinet:ut ferme ſit incredi
bile. Nā præter eū locū quē a forma loci appellāt delta:ferūt alias quoq;
in eo inſulas circiter ſeptingentas : harum quaſdam ab æthiopibus in-
coli miliumq; in eis ſeri Q uaſdam ſerpētibus ac cynocephalis uariiſq;
feris ſilueſtribus infeſtas. Ac propterea acceſſu difficiles. Nilus ī ægypto
ī plures ſciſſus partes eam formam: quā delta dicūt effecit: Profundiorē
fluuium reddit maris ingreſſus ſeptem hoſtiis in pellagus delatum. ho-
rum primum ad orientem uergit quod peluſiacum uocant : ſecundum
paniticum. Deinde mendeſium uocant phæniticū:ſebenniticum bolbi-
timū. ultimum canopicium: a nonnullis herculem nomīatum. Sunt &
alia hoſtia manufacta minime prætereunda. In eoꝝ quolibet urbs ſita ē
diuiſa flumine pontibus ab utraq; parte exitus & cuſtodiis munita. Ab
oſtio peluſiaco foſa eſt opere ſumptuoſo ad arabicum ſinum : ac mare
rubrum ducta. Hanc primum a nechao ſammatichi filio agi cæptam.
Darius perſarum rex perficere aggreſſus imperfectam reliquit admoni-
tus a quibuſdam ſi locus interiacens offoderetur fore uti ægyptus omīs
cum mari rubro eſſet depreſſior:ab aquis mergeretur: Secūdus poſtmo
dum ptolomeus illā perfecit oportuniori loco foſſam ſūma arte efficiēs.
Hanc cum nauigare cuperet aperiebat:eam rurſus cū uſus eſſet claudēs.
flumen quod in foſſam defluit:a nomīe auctoris ptolomæum uocāt. In
exitu ciuitas cōdita eſt arſinoe appellata. Ea quā deltam diximus : ſimilis
ſiciliæ formæ:ab utroq; latere continet ſtadia ſeptingenta. & quinquagin
ta. Q uæ uero eſt mari propinqua ſtadia mille trecenta. Ipſa inſula plu
ribus foſſis manufactis diuiſa. Agros habet fertiliſſimos egypti circūda-
ta enim flumine atq; irrigua:tū fluuii incremento magnam ui limi effū
dentis:tum cura incolaꝝ terram omnē quadam machina ab archimede
ſiracuſie adinuenta:quam a figura codeam dixere:irrigantium multipli
ci fructu cupioſa eſt. Nilus etiā leniter fluens cū multā uariāq; terrā ſecū
ferat quibuſdam in locis humilibus paulum ſtagnās regionē fructiferā
fertilemq; effecit. Radices in ea multifariam naſcuntur guſtu uariū: fru-
ctuum & olerum natura:quæ multum tum egenis cōferūt tum īfirmis
ad ualitudinem:non ſolum uero cibos uarios affatim præbet ad ſaturita
tem egentibus:ſed aliis quoq; neceſſariis ad uitam rebuſ non paꝝ cōfert
adiumenti:lotum præterea fert plurimum:ex quo panem cōficiūt ad ui
ctus egeſtatem ciboꝝ inſuper abundantius fert quod appellāt ægyptiā

ſabam.Sunt̃ & arborũ plura uariaq; genera quarum quædam perſeæ di
cuntur:cibus dulcedine præſtans a perſis & æthiopia allatus quo tēpore
cābyſes ea loca ſubegit.Sycomoꝝ uero aliæ.aliæ mora feruntːaliæ fructũ
ficubus ſimilem:quem cum toto ferme.anno præbeāt non parui adiu-
menti uulgo exurientibus præſtant.Vata: quæ inixaria dicunt circa nili
oſtia naſcunt̃·quæ quoniam ſuauia ſunt guſtu tragēmatis præbent̃ lo-
co:conficiunt quoq; ex ordeo poculi genus citon nomine haud multo ī-
ferius ſapore uini.Vtunt̃ ēt pro oleo ad lucernarũ uſum liquore expreſ-
ſo ex planta:quā cican uocāt.Plura inſup fert alia ægyptus uictui hoīum
utilia.quæ ſingulatim ꝓſequi longum eſſet.Beſtias nilus q̃ plures nutrit
forma diſſimili ac natura:ſed duo p̄cipua: quæ admodũ īter ſe differũt.
Crocodilum & equum:hoꝝ crocodrilus ex minimo immēſum aīal eua
dit.Nam cum oua eius anſerinis ſimilia exiſtant:ex his gēitus pullus ad
ſexdecim cubitorum magnitudinē excreſcit longitudine uitæ hominis
ferme eſt:lingua caret:corpus mirabile natura munitum. Nam dorſum
eius uniuerſum ſquamoſum ē:duritie præcipua:ex utroq; oris latere dē
tes habet perplures:in quis duo maxime eminent.Non ſolum homīes
comedit:ſed & cætera terreſtria aīantia flumini appropinquantia ungui
bus grauiter diſcerpit. Morſu ē aſpero tetroq;:ut qd̄ dētibus laceret nũq̃
ſanetur.Capiebat̃ priſcis temporibus hamis recenti carne appoſita nunc
quandoque rete ualido:prout & quidam piſces quandoque inſtrumen
to ferreo ex cymba ad caput iniecto eorum ingens eſt multitudo in flu-
mine & ſtagnis propinquius:tum quia fæcunditate excedit.Singulis.n.
parit annis:tum quia per raro capiatur:Nam & a quibuſdam accolarum
ut deus ueneratur & exterris eſt inutilis labor ob carnes ſui malas. At il-
lorum fæcunditati natura ſalubri remedio obſtitit.Animal caniculo per
ſimile ſchuemon.nam iuxta flumen belua parit.oua inquirens conterit.
Quod dictu mirabile eſt:nec oua comedenſ:neque illa ſua utilitate:ſed
natura duce ad neceſſariam quādam mortalium commoditatem.Equi
uero quem uocant magnitudo haud minor cubitis quinq;.quatuor pe
dibus ungula more bouis fixa.Dentes ex utroq; latere tres habet.ultra re
liquas feras eminentiores aures caudam uocem equis ſimilem.Reliquũ
corpus haud diſſimile elephanto:pellis ē ultra cæteris beluis duriſſima.
Aquatilis ac terreſtris beſtia die quidē in imis aquis latet:noctu ī terram
egreſſus:tũ frumenta depaſcitur. fœnum deſtruens paſſim propinquas
agroꝝ meſſes.Fæcundiſſimũ ꝓle aīal ut quod ſigulis annis parturiat. ca
pitur arte quadam hominũ illos tellis appetentium.Cum enim apparēt
circunſtant undiq; homīes:uulnerantq; tellorum quæ alligāt funibus ia

ctu laxâtq; quoad exãguis factus capiatur. Carnibus eſt duriſſimis & ad
digerendum difficilimis. Interiora ſingula inutilia ad ueſcẽdum. Præter
has beluas uarium ac multiplex piſcium genus. Nilus affatĩ præbet uſui
non ſolum eius regionis incolis: ſed externis quoq;: ad quos ſalliti deferũ
tur: utilitate cõmodiſq; cæteros orbis fluuios excellit. Incrementum eius
ab ſolſticio ĩcipiẽs æſtiuo uſq; ad æquinoctium ſemperq; nouum limũ
ſecum quærens. Rigat tum cultas regiones tum incultas quanto tempo
re uelint agricolæ. Aqua enim leniter fluẽte facile eam paruis aggeribus
arcent inducuntq; pro cõmodo terræ: tantam uero fertilitatem infert: &
agri colendi facilitatem: ut cum ſenuerint: aut oues introducãt ĩ cãpos ad
cõculcãda iacta ſẽina: aut aratro leui terram ſubducãt: neq; niſi quatuor:
aut quinq; exactis menſibus: ad meſſem redeunte: breui tempore uberi
mos fructus abſq; ulla pẽſa aut dãno reportent. Alibi agricultura magno
labore exercetur ac ſumptu: Soli ægyptii minima ĩpẽſa labore tenui fru-
ges fertiles auferunt. Vineæ quoq; eodem rigate modo uino abundant.
Terra inculta pecori ad paſtum relicta adeo exuberat herbis. ut oues bis
ĩ anno pariant: biſq; præbeant lanam. Incrementum nili aſpicientibus ui
detur admirabile. incredibile audientibus. Solus enĩ inter reliqua flumĩa
adeo ætate creſcit: cum decreſcant cætera: ut totam inundet ægyptum: hy æſtate.
me minuitur cum reliqua augeantur. Eſt ægyptus plana & campeſtris
cũq; urbes: uici agricola℞ mapalia aggeribus munita quæ inundationẽ đ
uitent tanq̃ ciclades apparent aſpicientibus. Terreſtres beluæ omneſq; ĩ
campis remanent ſuffocantur aqua: quæ euadũt ad altiora confugiũt lo
ca. Pecora inundationis tempore ĩ ſtabulis recluſa nutriũtur a colonis ad
id antæa preparato paſto: uulgus remiſſis operibus ruſticis: ocioſũ epu-
lis indulget ac uoluptati. Q uoniam plurima cura moleſtiaque urgebat
accolas nili ĩundatio: excogitata eſt in memphi quædam incrementi
menſurandi a regibus obſeruatio. Itaq; quibus id negocii demandatum
erat per epiſtolas urbibus uiciſq; ſignificabãt quot cubitis quot ue digiti
fluuius auctus eſſet. & ſimul quo tempore cæpiſſet decreſcere. quo mo-
do uacuus reddebatur ea ſollicitudĩe populus: ĩcrementi magnitudĩe de
crementoq; notis. Vbertatem eueſtigio ab inundatiõis modo notatis p̃- decrementiq3.
oribus temporibus noſcebant. Occulta inundationis huiuſmodi cauſa
multos dubitare: tum philoſophos: tum hiſtoricos: ac uaria ſẽtire com-
pulit. De qua re paucis diſſeremus: ut neq; modũ excedat hiſtoria: neq;
ab omnibus adeo quæſita agitata quæ res relinq̃tur intacta de nili ĩcre-
mẽto: de eius fontibus: de oſtiis quibus deſẽdit in mare deq; rebus aliis:
quibus maximis omnium: quæ ĩ orbe ſũt a cæteris differat: Q uidam

ſcriptorum nihil auſi ſunt tradere licet quandoq; et de paruis. torrenti-
bus conſcripſiſſent. Alii cauſas reddere conati: pocula ſenſerunt. Nam q̄
ellanici cadmiq; & ecatai ætate fuerūt: omneſq; priſci illi ſcriptores ad fa
bulas declinarūt: Herodotus qui multarum conſcripſit hiſtoriam rerū:
cauſam reddere uolens: ſibi ipſi repugnat Xenophon Tuchydides quo-
rum hiſtoriæ ueritas comprobatur ægypti loca minime attigerunt. Eos
autem. qui circa Euphorum: ac Theopompum extitere præ cæteris: hæc
ſcrutatos deſeruit ueritas. Aberrarunt uero omnes non negligētia: ſed re
gionum ſitus ignorantia. Nam priſcis uſque Ptolomæum philadelphū
temporibus nulli græcorum nedum ī æthiopiam: ſed ne. ægypti quidē
montes ita difficiles aditus periculoſique admodum ad æthiopiā erant
tranſcenderunt. Ptolomæus primus omnium cum græcorum exercitu
æthiopiam ingreſſus diligenter de ſitu earum partium ſcrutatus eſt. Ita
que locorum inſcitia errandi materiem priſcis ſcriptoribus. Nili fontes
locaque ex quibus fluit: nullus ad hoc tempus ſcriptor neque uidiſſe ſe
dicit: neque audiſſe ab aliis: qui ſe aſſerent aſpexiſſe: ex quo res ad opinio
nes: & coniecturas peruenit. Aegyptii ſacerdotes ab oceano qui orbem
circuit: nilum habere principium ferunt: nil afferentes certi: ſecundum
certa incertioribus ſoluentes. Rationes uero reddunt ī eodem fidem q̄
plurima indigeant fide. Trogloditæ: qui propter æſtum loca incolunt
eminentiora: uolgios uulgus appellat aiunt loca eſſe aquoſa eſſe e qui-
bus coniiciunt propter plurimos eius regionis fontes in unum confluē-
tes nilum effici. Meroen uero inſulam habitantibus: quorum opinio:
ſint eis locis propinquiores: ueriſimilior deberet uideri: adeo nili ortus
eſt incertus: ut ipſum aſtopon ideſt ortam ex tenebris aquam uocet. Ita
nilum ad locorum inſcitia cognominarunt. Nobis autem propius uero
uidetur: quoad procul ab omni figmento eſt alienum. Haud uero igno-
ramus herodotum: qui libyam: quæ ad orientem: quæ uero ad occidē
tem uergit interfluere nilum ſcribit arbitrari eos: quos uaſamoſos dicūt
diligentius nili ortum ſcrutātes: ideoque tradere: ex ſtagno quodam ori-
ri perque æthiopiam ferri. Verum neque de libyis: quamuis uerum ſe-
qui uideatur: neque ſcriptori incerta afferenti fides eſt adhibenda. Sed
quoniam iam ſatis de fontibus curſuq; nili ſcripſimus: deinceps cauſas
incrementi diſcutiemus. Thales: qui ſapiens inter ſeptem eſt annume-
ratus tradit ſpirātibus etheſiis nili curſum a mare reprimi: eoque aquis
exceſcentibus ægypti: quæ plena eſt: & humilis regio: inundationē ſeq̄.
Quæ ratio quamuis non nihil uideatur afferre tamen facile argui: ut

ſalſa poteſt. Nam ſi id uerum eſſet fluuii omnes flantibus etheſiis ſimi li augerentur incremento: Quod quia minime accidit in reliquis orbis partibus alia cauſa uerior quærenda eſt. Anaxagoras phyſicus incremen ti cauſam dixit eſſe niuem in ethiopia liquefactam: Quod & eius diſci pulus Euripides uidetur ſentire ſcribens nilum excreſcere: cum ægypti li queſcāt niues: quæ ratio facillime poteſt refelli: cum pallam ſit omnibus: propter caloris intemperiem: aut in æthiopia niuem non eſſe: aut in eis locis præſertim circa nili decurſum gelu aut omnīo hyemē uigere. Quod ſi quis in æthiopiam eſſe niuium copiam concedat tamen coniungitur falſam eam cauſam uideri. Nam flumen omne niuibus excreſcens au- ram frigidam aeremque craſſum reddit. At ſolus omnium nilus: neque nebulas neque auram frigidam gignit: Herodotus nilum ait ipſa natu ra eſſe talem: qualis ſit incrementi tempore. Hyeme uero ſolem ad liby am delatum attrahere ad ſe humorem: ob eamque rem præter naturam eo tempore flumen decreſcere: æſtate uero abſcedente uerſus arctum ſo- le: cum græciæ: tum ſimilium locorum fluuios acreſcere minuiq;. Nō eſ- ſe igitur quo de nilo fertur admirandum: ſi æſtiuo creſcit tempore dimi nuitur hyeme. Verum ſi hoc nilo accidat: ut ſolis æſtu hyeme humidi- tas attrahatur: & in reliquis quoque libyæ fluuiis id contigere neceſſe eſ ſet: ut hyeme arefacta humore diminuatur. Quod cum procul a uero ſit: certe ſcriptoris error palam deprehenditur: Et enim græciæ: nō quia ſol longius abſit: augentur hieme flumina: ſed propter pluuias frequen tes. Democritus abderites non meridiōali niue aquarum augmentum fieri dicit: ſicut Euripides Anaxagoraſque ſenſere: ſed ſeptemtrionali. Ni uium enim coaceruatam magnitudinem boreæ regionibus ait brumæ congelatam tempore: æſtate liqueſcere: Ideoq; eleuatis ſurſū uaporibus multas denſaſq; nebulas circa montana tolli cacumina: quæ ab etheſiis ad altiſſimos quales in ethiopia ſunt montes delatæ: deinde ī pluuiam uerſæ magnos efficiant imbres: quibus etheſiarum tempore nilus auge- at. Hæc opinio facile reiici pōt: ſi quo tp̄re flāt æthesiæ ppendas. Incipit .n. creſcere nilus ſolſtitio æſtiuo nōdū flantibus ætheſiis. Ceſſat autē æq̄ noctio autūnali: iam olim his uētis quieſcētibus. Quādo igit̄ ratio opi nionē ſuperat: laudandum eſt ingenium ſcribētis: ſed haud quanq̄ adhi bēda fides. Prætereo quod palam ē non magis ab arcto flare ætheſias: q̄ ab heſpero: Nō.n. boreas aut ſeptētriōales uētis: ſed qui ab æſtiuo occidē te flant: ætheſiæ uocant̄. Dicere autē hoc maxime circa æthiopiæ mōtes cōtigere nō ſolum īprobādum eſt: ſed etiam non credendum. Ephorus

recẽtiorem cauſam perſuadere conatur:plurimum tñ a. ueritate remotã.
Ait enim ægypti terram omnem nili inundatione exaggeratam rarã ari-
damque naturã eſſe. In qua terræ hiatus maximis diuerſiſq; in locis exi
ſtant. Ideoq; hyeme humiditatem omnem attrahere atq; in ſe continere
quam æſtate ueluti ſudorem quẽdam quo flumen augetur emittat. Sed
hic auctor nõ ſolum uidetur ægypti loca naturamq; neſciſſe. Sed ne eos
audiſſe qdẽ qui ſcirẽt. Nam ſi ex ipſa ægypto nilus ĩcrementum ſuſcipe
ret. nequaq̃ in ſuperioribus ĩundaret p ſaxa & dura loca fluens. Sed am
plius ſex milibus ex æthiopia delatus eodem eſt:quo anteq̃ egyptum ĩ-
grediatur ĩcremento. Preæterea ſi nili curſus humilior eſſet raritate terræ
a flumine ſuperdictæ:impoſſibile uideretur hiatus:qui ĩ ſuperficie forẽt
tantam aquarum uim abſorbere potuiſſe. Item ſi nili decurſus humilior
terra ſuperinducta foret:ſuperiores terræ hiatus eſſe cõtingeret:a quibus
impoſſibile fieret tantum aquæ manare. Si uero ſuperiorem tenet fluui
us locum:haud eſt poſſibile ex locis depreſſioribus cõcauiſq; ſurſũ ferri
aquarum curſum: Quis unq̃ crederet fieri poſſe humores :qui ex rari-
tate terræ affluerent:tantum incrementum flumini addituros:ut uniuer
ſa ferme ægyptus inundaretur. Prætereo hanc rationem in raritate terræ
exaggeratæ tantum aquæ contineri:mendacem deprehendi palam poſ-
ſẽ. Menander quippe fluuius plurimum terræ attulit aſiæ regionibus p
quas fluit :in quo nil ſimile nili incremento cõſpicitur: Simili modo &
in carnania achelous cephiſus in boecia a phoceis deſcendens:non parũ
eis oris terræ ſuperaddidere:quæ coli poſſet. Ex quibus mãifeſte depre-
henditur ſcribentis error. Itaq; nullus ab eo ueritatẽ exq̃rat uidẽs eum ĩ
paucis uera ſenſiſſe. Quidã in mẽphi philoſophantes rationẽ huius in
crementi reddere conati ſunt magis:quæ non reprebendi:q̃ quæ probari
poſſet. Nam orbem in partis tres diuidentes:unam eſſe aiunt quam nos
incolamus Alteram huic & contrario ſitam. Tertiam in thebis inhabita-
bilem ſolis calore aduſtã. Si ergo nilus hyeme creſceret certe a noſtra zo-
na ortum haberet:cum eo tempore apud nos pluat maxime. Verum cũ
æſtate augetur uidetur ſimile ueri in zona nobis oppoſita hyemem eſſe:
eoque ingentem aquarum uim eo tempore manantem incremento cau
ſam præbere. Hac re nulli ad fontes nili acceſſus patere tradunt:quoniã
in ex oppoſita zona ortus per inhabitabilem fluat: cuius rei teſtis ſit aq̃-
rum nili præcipua dulcedo :cum per loca ſole aduſta decurrat quod cau
ſam præbet : ut dulcedine cætera eruperet flumina. tanquam caloris na
tura eum ſaporem flumini præſtante. Sed huius ſententiæ depulſio in
prõptu eſt. Impoſſibile enim uidet ex oppoſito nobis orbe flumẽ ſi qd

terra rotunda exiſtat:ad nos ſurſum ferri.Si quis uero conetur ſuis argu
mentis ueritatem euertere,natura ipſa rerum repugnant.Verum illi quo
recta ſenſiſſe uiderentur loca deſerta incultaqꝫ interpoſuere.ne eorum ſẽ
tentia manifeſto argumento impugnaretur.Sed æquum ẽ:qui aliqd ꝓ
comperto affirmant:aut certum ſuæ ſententiæ afferre teſtem:aut eam ex
conceſſis principiis probare.Nam quomodo inter omẽs fluuios nilus ex
illo orbe ad nos ſolus fertur? Et reliqua quoque flumina quemadmo-
dum in hoc orbe contingit ab eo fluere merito deberent.Dulcedinis ue-
ro fluuii cauſa quam afferunt:ratione penitus caret. Si enim caloris æſtu
decoctus fluuius dulcedinem ſortiretur:nequaq̃ gigneret aĩantia neqꝫ ua
rias piſciũ aut ferarum ſpecies contineret. Aqua enĩ omĩs a natura ignis
alienata nequaq̃ generat.Cum autem nili natura omnino huic contraria
exiſtat:exiſtimandum eſt eas incrementi cauſas nequaquam ueras eſſe.
Inopides chius tradit æſtate aquas infra terram eſſe frigidas:calidas ĩ hy
eme.Hoc in puteis profundis planum oſtendi quorum aqua:maximis
caloribus admodum frigida ſit.Ingenti frigore calida:& nilo igitur meri
to accidere:ut hyeme paruus compreſſuſque propter terre caliditatẽ con
ſumptam cum ægyptus pluuia humiditatẽ exiſtat:æſtate uero cum ægy
ptus pluuia careat:terra minime aquam abſorbente flumen nullo impe
dimento augeri.Huic quoque reſpõdendũ eſt plures libyæ fluuios oſti-
is:& curſu nilo ſimiles diſſimili eſſe argumẽto. Cũ hyeme ĩpleaťq æſta
te ſit exilľores.Ex quo arguitur nõ recte ſenſiſſe auctorem.Agathargines
gnidius ꝓpius ueritatem acceſſit.Ait enim ſingulis annis per æthiopiæ
montes cõtinuos æſtiuali ſolſtitio uſqꝫ ad æquinoctium autumnale im
bres fieri:haud mirum nilum hyeme compeſſum ſecũdũ naturam iis a
quis fluere:quas fontes ſubminiſtrent: æſtate uero propter imbres in-
crementum capere. licet autem hucuſqꝫ certam huius incrementi ratio-
nem reddiderit.non tamen noſtra opinio cõtemnenda eſt. Multa enim
præter naturam fieri uidentur:quorum cauſas difficile eſt ad unguẽ no
ſcere.Nonnulla huic rei ſunt argumento quæ ĩ aliquibus aſiæ locis fiũt.
Mõtes & enĩ ſcithiæ caucaſoſ contiguos ãnis ſingulis: iam exacta hyeme
immenſæ niues continuis pluribus ue diebus opplent. In oris indiæ q̃
ad ſeptẽtrionem uergũt certis temporibus plurimæ grandĩes incredibili
magnitudine deſcendunt.Apud idaſpem fluuium æſtátis initio conti-
nui imbres pluunt.In æthiopia uero poſt dies aliquot idem contingit.
Non ergo procul a uero eſſe dixerim ex æthiopiæ montibus: quæ ægy-
pto adiacet continuos imbres ĩcremẽtum fluuio præbere præſertĩ cum
etiã barbari ea ĩcolentes loca huic rei teſtimoniũ ferãt.Si autem quæ de

nilo ſeruntur contrariam habent iis:quæ apud nos eſſe dicuntur:naturã non tamen propterea fides rebus detrahenda eſt .Et enim notum apud nos pluiuas afferre uidemus.ethiopibus ſerẽitatem:Et uentos quoq; boreæ in europa eſſe uehementes in illius uero regionibus remiſſos. Et de nili inundatione ne modum excedamus:hactenus . Q uoniã hũc librũ in duos:ne modum tranſgrederemur:partiti ſumus abſoluto priori. Secundus nobis ordinandus eſt .In quo de antiquis ægypti regibus:de iis quæ priſcis tẽporibus acta ſunt:diſſerimus.

FINIT LIBFR PRIMVS.I.S.In quo hæc continentur

Geſta regum ægypti uſq; ad amaſum regem:
De ſepulchris pyramidibuſq; ægipti:quæ inter ſeptem miracula ãnumerantur:& eorum conditoribus.
De legibus ac iudiciis ægiptiorum.
De annalibus diis apud ægiptiorum ſacris:eorumq; cultu.
De moribus quos in ſepeliendis mortuis ſeruant.
De græcis excellẽtibus doctrina uiris:qui eruditionis gratia in ægiptum profecti ſunt:

VM primus liber propter ipſius mãgnitudinem ĩ duos ſit libros diuiſus:prior totius operis prohemiũ cõtinet & quæ de mundi creatione .deq; prima ominũ origine: ac de diis: quas ne ſui nominis in ægipto cõdidiſſe urbes ægiptii tradant. Primum inſuper hominum ortum.& eorum primorem uitam.Preterea honores immortalium & templorum ædificationem. Tum deſcribitur ægipti ſitus & quæ de nilo præter opinionem feruntur :eiuſq; inundatione: quid ue de ea:tũ hiſtoria:tum philoſophi ſentiant:& in ea re ſcriptorum diſſẽſio. Hic autem liber continuato ſuperioribus ſcribendi genere:priſcorum ægipti regum ad amaſum uſque regem geſta continens:a primæua ægiptiorum uita initium ſummet. Priſcis uictum ægiptiis herbas: ac palulustres caules radiceſq;:quas guſtu experti comprobaſſent fuiſſe tradunt eaque agroſim dicunt:herba tum præcipua dulcedine.tum hominibus ac iumentis utile in primis uſus.Eius utilitatis memores ad hoc uſque tempus uiri:hac manibus decerpta deos orant exiſtimantes homĩem limoſum:ac paluſtre animal eẽ ſumpta cõiectura:tum ab eius humili naturaliq; ortu:tum quia magis humidis:q̃ ſiccis egeat cibis.Piſces deinde

ſecūndum cibum ægyptiis fuiſſe tradūt:nilo eorum copiam præſertim
cum decreſcens in alueum redit ferente:pecorum quoq; carnibus ueſcen
tes:quidam eorum pellibus pro ueſte utebantur:Domos ex arūdinibus
conficiebant:cuius rei ueſtigia penes ægypti paſtores permāſere:hucuſq;
nulla alia niſi ex talamis facta habitacula probant. Hac uita plurimo tē-
pore exacta:poſtmodum aliis fructibus: ī quis panis erat ex loto factus:
ueſci cæperunt. Horum inuentiōem:quidam ad Iſidem:quidā ad anti-
quiorem nomine Menam referunt ægypti regem: At uero ſacerdotes di
ſciplinarum artiumq; repertorem mercurium fuiſſe tradunt. Eorum ue
ro:quæ ad uitam ſpectant reges. Quapropter antiquitus non ad prici-
pātium progeniem ferebātur regna:ſed ad eos:qui plurimum de homi-
num uita meriti uiderentur:ſiue ob communem utilitatem creante ſibi
reges populo:ſiue ita in libris ſacris contineretur. Eorum nonnulli fabu-
lantur deos ꝑmū:& heroas ī egypto paulo minus decē:& octo milia re-
gnaſſe ānoſ. Deoꝝq; poſtremū eoꝝ iſidis regno potitū:hoīes paulo mīus
annorum quīdena milia uſq; ad centeſimā atq; octogeſimā olympiadē:
quo tēpore in ægyptum tranſcendimus regnante ptolomeo: qui nouus
eſt dionyſius appellatus. Aegypti maiorem partē temere reges indigen
tes:pauca æthiopes:perſæq; ac macedones. Aethiopes quatuor:non con
tinuis:ſed diuerſis temporibus regnarunt ānis ferme ſex & trigīta. Perſæ
duce cambyſe rege:qui ægyptum armis ſubegit:ānis centum triginta qn
que:quorum inſolentiam crudelitatemque atq; in deos patrios impietā
tem damnantes ægypti ab eis poſtmodum deſceuire. Poſtremi macedo
nes:& qui ab eis manarunt:ānis ducentis ſeptuaginta ſex ægyptiis impē
rarunt:Præter hos temporibus reliquis ægyptii omnes regnum tenuere
uiri quidem quadrigenti ſeptuaginta mulieres quinq;: Quæ omnia ſa
croꝝ librorum monumētis ſacerdotes a priſcis illis tēporibus ſcripta:po
ſteris reliquerūt cuiuſlibet regū magnitudinē naturā mores: ætatē geſta
ſcriptis mandātes. Nos autē cū de quoq; ſingulari tradere longū nimis
ſupfluūq; eſſet iis:quæ digna memoria uidebunt contenti historiam
cōtexemus. Primū poſt deos in ægypto regnaſſe ferunt Menan: qui po-
pulos colere deos:ſacraq; his facere:mēſes ſup:& lectos ſternere docuit:
delitiis aſſuefaciens & cultiori uitæ. Qua ex re multo poſt tp̄re gn̄e fa-
ctum uecchoridis ſapientis patrē dicūt in arabiam cū exercitu ꝑfectum
cōmeatu in locis deſerits atq; aſperis deficiente coactū eſſe cibū uilē ab
idiotis:qui forte occurrebant ſumere. Quo lætatum:cum ꝑter modum
ſuauis uiſu eſſet:deſpexiſſe aiūt atq; abominatum. eſſe qui primus regū
ſumptuoſiori cibo eſſet uſus. Adeo aūt ſibi:tum cibus tum potus: tum

lectus hũilis cordi fuit:ut hoc ĩ libris ſacris inſcribi impetrarit:ac thebis ĩ
templo iouis poni.Eam cauſam ferũt:cur nulla menæ gloria aut honor
ad poſteros manarit.Huius regis deinceps progenies:regnum tenuit qn
quaginta duo reges annis mille & quadraginta:a quibus nil memoria di
gnum prodit.Buſiris deinde octoq; ab eo poſteri regnarunt:quorũ ulti
mus.Buſiris quoq; nomĩe ciuitatem cõdidit magnam.ſolis urbem ab æ
gyptiis:a græcis uero thebis appellatã:cuius mœnia centum q̃dragĩta ſit
ſtadia ambitu cõplexa.Eã magnis ædificiis ac ſpecioſis deorum templis:
aliiſq; ornamentĩ pulcherrimis exornauit.Simili modo & priuatorũ do
mus uſq; ad quartam aut quintam contignationem conſtruxit.Ciuitatẽ
inſuper omnem:omnium non æigpti ſolum: ſed aliaꝝ orbis oĩum red
didit fœliciſſima.Huius urbis propter eius potentiã excellentiamq; ubi
q; diffuſam & poeta meminit inqens ægipti thebas ornatas ædificiis: ĩ q̃
centum ſint portæ inq; earum qualibet cuſtodes ducẽtos excellere equis
& curribus.Quidam aſſerunt nõ cẽtũ portas fuiſſe ciuitatis:ſed plures
egregiaſq; temploꝝ portas a quibus centum ſint: tanq̃ plurimarũ por
tarum dicta.Ex ea uiginti milia curruum ad bellum prodire:receptacula
quoq; equorum centum quorum ſingula ſupra ducẽtos equos capent:
Iuxta flumen inter memphim ac thebas libiam uerſus fuiſſet aiũt.Eoꝝ
q; etiam nũc ueſtigia monſtrari.Non ſolum uero hunc regem.ſed & qui
poſt eum regnarunt: multa accepimus ad huius ciuitatis amplitudiem
atq; ornamenta contuliſſe.Dõis præterea decoraſſe pluribus:aureis:argẽ
teis:eburneis:ſtatuis inſuper coloſſorum inſtar:atq; obeliſco ex unico la
pide factis:ut plane conſtet nullam ſub ſole urbem ita fuiſſe exornatam:
ex quatuor enim templis pulchritudine magnitudineq; admirabile con
ſtructis:unum erat ãtiquiſſimum:cuius circuitu ſtadiis tredecim pateat
Altitudo cubitis quinq; & quadraginta:muri latitudo ſit pedum quatu
or & uiginti.Reſpondere huius templi magnificentiæ aiunt ornamento
rum cultu:quamuis magna impenſa ſit & mirando opere conſtructum.
Ea ſtructura uſq; ad poſteriora permanſit tempora.Aurum uero & argẽ
tum ebur & lapidũ ſũptus atq; ornatus a perſis ablata: quo tẽpore cam
biſes ægiptiorum templa combuſſit.Tranſtuliſſe quo in aſiam ab ægi
pto ferunt non ſolum ornamenta rerum plurima:ſed & artifices: quorũ
opera regiæ inſignes:tum in perſepoli:tum inſulis:tum ĩ mediis ſint cõ
ſtructæ:Tantam pecuniarum copiam in ægipto fuiſſe tradunt:ut ex in
cendiis quæ omnia abſumpſere.inter cætera parum licet quid auri: qđ
tamen ultra trecentã talẽta ſit penſium:affluxerit:argenti uero duo milia
& trecenta.Sepulchra quoq; regum priſcorum mirabili opere & quæ mi

nime æquari a poſteris poſſe fuiſſe aiunt: Referunt ſacerdotes ſeptem & quadraginta ſepulchra regia: quoꝝ uſqꝫ ad ptolomeum lagum decē & ſeptē tantum ſuperarent: in eorum libris ſcripta cōtineri: & eorum ēt plurima: quo tempore ad ea loca acceſſimus: abſumpta erant olimpiade cētesīa atqꝫ octogeſīa. Nō ſolū uero ab ægiptiis ſacerdotibus hæc tradūtur: ſed græci quoqꝫ plures: & ī his hecatheus: q ptolomæ lagi tp̄e thebas ꝓfecti hiſtorias ægiptias ſcripſere: nobiſcū ſētiūt. de prioribus enim regum ſepulchris in quibus traditur Iouis pellices fuiſſe conditas recenſens ſingula regis monumentum: qui Simandius dictus eſt: fuiſſe tradit ſtadiorum decem. Cuius aditu porta erat uario lapide conſtructa. Et huius longitudinem duorum iugerū: altitudinē qnqꝫ & q̄draginta cubitoꝝ fuiſſe ait. Poſt hāc ingredientibus aderat lapideum piſtilū q̄dratum cuius ſingula latera iugera quatuor cōplecterent. In eo ꝓ columnis aīalia erāt ſita ex unico lapide decem & ſex cubitorum ad antiquam formā fabricata. Textura omnis ſuperior tecti cōfecta ex lapidibus duoꝝ paſſuum latitudine uariiſqꝫ ſtellis ceruleis ornata. Ex hoc deiceps alter erat aditus: & in eo porta priori ſimilis ſed ſculptura uberiori. In ingreſſu ſtatuæ tres poſitæ erāt īgentes unici lapidis Mēnōis opus. Haꝝ una ſedēs: cuiuſ pedis menſura ſeptē excedebat cubitos: cæteras ægipti ſtatuas magnitudine ſuperabat. Duæ præterea uſqꝫ ad genu: altera a dexteris: altera a ſiniſtris filiæ & matri minores poſitæ. Hoc opus nō ſolum magnitudine cōſpicuū: ſed arte mirabili & lapidum natura excellēs fuit: cum ī tanta mole neqꝫ fiſſura quepiā: neqꝫ macula ineſſet: Scriptum erat in eo Rex regū ſimandius ſum. Si quis qualis fuerim: & ubi iaceā noſſe uelit: meorum aliquid operum exuperet. Eſſe quoqꝫ & aliud ſignum mātris ferunt unico lapide cubitoꝝ uiginti: habens ſupra caput regias tres: quæ oſtēderēt filiam uxoremqꝫ ſe & regis matrem fuiſſe. Poſt hanc portā & aliud erat periſtilum nobilius ſuperiore ſculpturis uariis: in quis bellum erat cōtra bactriāos: quibus regis filii īperabant deſciſtentes: ab eo geſtum: hos aduerſus: quadringētis milibus peditum: equitum uiginti: in quatuor partes diuiſo exercitu: cum profectus eſſet: prima muri pars obſidionē urbis ſculptā cōtinebat: ab ea parte: qua fluius muros abluit. Rege deīde cum parte hoſtiū cōgreſſo: leo una cū eo inita pugna hoſtes ī fugam uerterat. Scriptores qdā uerā hiſtoriā fuiſſe leoniſqꝫ opa domi enutriti regem in pugna uti ſolitū ad uictoriā ferunt. Alii ob fortitudinē corporis præcipuam leonis ſimilitudine: corporis animiqꝫ uires ip̄m oſtendere uoluiſſe. Secundus paries ſculptus erat captiuis abſqꝫ pudende manibuſqꝫ: a rege ductis: quæ nota erat illos eſſe animo uiles: & corpore ībeciles. Tertium

latus ſculpturis uariis picturiſq; decoris:regis ſacrificia triumphumq; de uictis hoſtibus continebat.In medio periſtili latere ſtatuæ iacebant duæ igētes ex unico lapide cubitoꝝ ſeptē & uigiti:ad quas tres ex piſtolo adi tus patebāt.Has ꝑpe:domus erat colūnis ſuſpēſa cuius latus quodlibet duo iugera cōplectebāt.In ea ſtatuæ ligneæ poſitæ haud puo nūero repſentātes:tū eos q de re dubia diſceptarent:tū reſpiciētes eos:qui ī iudicus ſētentias ferrēt.Hi ab una muri pte ſculpti triginta nūero erāt & ī medio iudicādi pncipes:cuius a collo ſuſpēſa ueritas penderet & oculis eſſet ſub clauſis librorū cumulo circunſtāte.Hæ imagines præſe ferebāt iudices integros eſſe debere:prætorē ſolā inſpicere ueritatem.Dehinc deambula torium erat domibus plenum īq; eis diuerſa epularū genera ſuauia guſtui præparata.Scuptus deinde eminēs cæteris rex uariis coloribus:auꝝ atq; argentum quæ ex aureis argēteiſq; metallis annuatī cæpat:deo offerens.Inſcriptæ quoq; ſūma erat oīs ī argentū redacta:minæ terdecies cētena & ducenta milia miliū:Sequebatur dehinc ſacra bibliotheca: ī qua ſcriptum erat animi medicamentū.Erant deinceps ægypti deoꝝ oīum imagines. regis quoq; dona ferētis:quæ cuiq; cōpeterent deo:oſtendenti inſup & oſiridem poſteriores reges:tum in deos cultu: tum īter homīes iuſtitia : plurimū uitæ mortalium ꝓfuiſſe:pene bibliothecā domus ſita erat egregia in:qua uiginti eſſent iouis & iunōis lectiſternia . Regis īſup ſtatuæ:ubi & regis corpus ſepultum uidebatur.Hanc circū aſtabant plurima habitacula : in quibus picta cernebātur aīantia ægyptia ſingula ſacris apta oīa ſepulchrū uerſus aſcendentia.Circuibat monumentum aureus circulus cubitis trecentis ſexaginta quinq; unius cubiti ſpiſſitudīe. In quo deſcripti erant p ſingulos cubitus dies anni & aſtroꝝ ortus atq; occaſus:qdue ea ſecundum ægyptios aſtrologos obſeruata ſignificarent. Eum circulū ferunt & cābyſes & perſæ quo tempore ægyptiis imparunt ablatū.Hoc ſimandii monumentū nō ſolū cæteris omnibus ſumptuoſi us:ſed & artificio excellentius fuit:thebei quidē ſe antiquiſſimos oīum ꝓfitent:ꝓmū quoq; philoſophiā:ac aſtronomiā ab ipſis repertas.Seq; a regionis ſitu adiutos ad cognoſcendos orientium ac occidentiū aſtrorū motus.Inſup & menſes ab eis:& annos eſſe inſtitutos.Dies non ſecundum lunam ſed ſecundū ſolem metiuntur triginta dierū menſem conficientes.Q uinq; autem dies:& quartū duodecī menſibus adiungentes anni curſū perficiunt.Intercalares menſes non interponūt: neq; dies ſub ducunt:ſicut & græcoꝝ quidā. Solis & lune defectus diligenter ſcrutati ſunt Ex qbus multa futura prædicere cæperunt . Ab huius regis ꝓgenie ꝓfectus poſtea:Ogdous:q uchoreus cognominatus eſt.Memphim cō-

didit ābitus ſtadiorū: cētum: & quinquagita: urbem omniū ægypti præclariſſimā opportuniori totius eius oræ loco. ubi nilus in plures ſciſſus p tes efficit formā deltæ. Quo fit ut tanq̄ in nili clauſtro poſita aditū præbeat: prohibeatq; ad ſupiora loca nauigantibus. Vrbs munita eſt: ac optime ſita: nā fluente iuxta eam nilo ād cohibendam aquarū inundationē uerſus notū aggeres ingentes oppoſuit: & incremento fluuii præſidium: & aduerſus hoſtes: qui a terra irent munimentū: a partibus cæteris undiq; effoſus eſt lacus ingens ac pfundus: q ſupabundātia fluminis in eum dlata: ac locis urbi uicinis: excepto aggere: aqua repletis urbem effecit munitiſſimā. Talem igit eius urbis conditor loci opportunitatē elegit: ut poſteri reges ferme omnes relictis thebis & regiā: & habitationes in ea ædificarint. Quapropt deinceps diminuta thebarum magnificentia: aucta Memphis uſq; ad alexādri macedonis tēpus. In urbem ſui nomis iuxta mare condidit: in augmentum: cuius poſtea reges ægypti omnes incubuerunt. Hanc ciuitatem quidā deoꝝ donis plurimiſq; decoris rebus adeo exornārūt: ut prima apud quoſdā: aut ſecunda in orbe habeatur. Sed de hac ſepatim poſterius dicet. Memphis cōditor poſt ſtructū aggerem ſtagnūq; effoſſum regiā ædificauit haud inferiorē reliquis: quæ alibi conditæ ſunt Supiorum uero regum magnificentia atq; ornatu īparem: ægypti ſane omnino paruifaciendū præſens uitæ tempus eſſe putant. Futuri uero gloriā: quæ uirtute cōparatur maximi extimādū. Domos noſtras diuerſoria appellant tanq̄ breui tempore a nobis inhabitādas: Defunctorū ſepulchra ſempiternas domos: quoniā apud īferos īfinitū ſit tempus uocant. Ideo domus ædificandæ curam cōtemnūt. Circa ſepulchrorum magnificentiam ſūmū ſtudium operamq; īpendunt. Memphī quidam a conditoris filia denominatam uolunt. Eius amore fabulant nonnulli captum nilum fluuium tauriq; forma compreſiſſe mulierem exq; ea genitum: quem pter uirtutem incolæ ægyptum dixere: a quo & regio ſit omnis denominata. Hic cū regnū cæpiſſet perhumānus ac iuſtus fuit ī q; ſingulis excellens. Qua ex re comprobata ab omnibuſ eius erga ſingulos beniuolentia: hūc honorē noꝑminis ſortitus eſt. Hoc defuncto rege duodecima poſt eum proles egypti regnū poſſedit nomine muris: ædificauitq; in Memphi boreale propyleum opus reliquis excellētius. Supra ciuitatem decem ſtadiis lacū effodit: miranda utilitate magnitudine operis incredibili: cum pateat ambitu ſtadiis tribus milibus ſexcentis. Profūdum eius quibuſdā in locis ſit ulnis quinq̄ginta: ut qui rei magnitudinem aduertat. Eius in omnes ægyptios beneficentiā regiſq; prudentiam nullis pro meritis ſatis laudare poſſet: nam cum nili īcerta ſint īcremētā.

& ab eoꝝ mō fructus terra præbeat.lacum hunc effodit aquæ inundā-
tis receptaculum.ne cum ſupra modū excreſceret ſtagnātibus præter ſol
litū aquis limo ſuperfluo patria īutilis redderetur.ne ue ex dfectu aquæ
fructus ex ſiccitate periret .Foſſā uero a fluuio duxit ad lacū ſtadiis octo
ginta qnq; iugeris latitudine:Per hāc fluuii aqua & recepta & prohibita
ꝓbet agricolis fertilitatē.Nūc apto ore foſſæ:nūc clauſo iuxta incrementi
modū:nō abſq; magna īpenſa.Cum qnqginta talenti opus ſit ſiue clau-
dere ſiue reſerare os foſſæ uelit.Permāſit hoc ſtagnū ſumma ægyptiorū
utilitate uſq; ad noſtrā ætatē a cōditore Miride appellatum.Relictus ē a
rege:q̄ eum effodit ī eius medio locus in quo ſepulchꝝ ædificauit duo-
bus ſup īpoſiti pyramidibus altitudine ſtadii:una ſibi: altera uxori. Sup
his ſtatuas quoq; duas lapideas collocauit ī throno ſedente: exiſtimans
his operibus reliquere ſuæ uirtutis memoriā īmortalē.Vectigal piſciū q̄
in ſtagno capiebant:uxori conceſſit:tum ad unguētoꝝ uſū tum ad reli-
quum corporis.Id talenti argentum ſigulis diebus pēdit.Tradunt duo
& uiginti piſciū gēnera in eo eſſe. Tantāq; eoꝝ capi multitudinē ut abū-
de præbeat his ēt cū plurimi ſint q̄ ſaliendis piſcibus opam ꝓbent:poſt
Miridem prole ſeptima.Seſooſis rex factus ſuperiores omnis gloria &
rerum magnitudine exceſſit:Sed quoniam de huius regis geſtis:non ſo
lum græci ſcriptores:ſed etiā ægypti ſacerdotes:& q̄ cātu eius laudes or-
nant:nō eadem ſentiunt:.Ex his tum quæ ſuperſint ueſtigiis:tum in q̄
bus ſcriptores conueniunt ſimiliora ueri conſcribemus.Poſt eius ortum
pāter decoꝝ ac regium opus aggreſſus eſt . Nam ex tota ægypto omni-
bus:qui eadē die q̄ filius nati erant:īfantibus cōgregatis: nutriri educari
ac ſingulos eadem diſciplina exercitioq; erudiri fecit:exiſtimans hoc pa-
cto ſimul educatos atq; inſtructos tum amitiores inuicē:tum audentio
res:melioreſq; in bello fore:Hos continuo uſu ad maioꝝ patientiā exer-
cebat.Nō enī licebat alicui cibum:priuſq̄ curſu centum octoginta ſtadia
cōfeciſſet capere:quo exercitio omnes uiri euaſerant: & robuſto corpore
& aīo præſtantes.Primum Seſooſis in arabiam cum eoꝝ qui ſimul nu-
triti erant exercitu a patre miſſus aſſuetuſq; uenatui :ac cibi potuſq; ab-
ſtinentiæ omnem eam gentem ſubegit liberam antea & ſeruitio inſue-
tam.Deinde in libyam profectus:maiorē eius partem īditionem adhuc
adoleſcētior redegit.Defæcto patri cum in regno ſucceſſiſſet:rebus ab ſe
geſtis elatus adiecit aīum ad imperium orbis.Dicunt q̄dam a filia illum
a thyrtia ad monarchiā hortatū eāq; īgenio ac prudentia preſtantem do
cuiſſe patrem facillime ex eo.exercitu impare omnibus poſſe.Alii eam fe
runt diuīatiōis peritā futura:tum cæleſtibus ſignis.tum ſacrificiis noſſe.

Valet autem talentum hoc ut Budeo placet.

Aſſerunt & plures patri poſt natū Seſoolim:ī ſōnis uulcanū prædxiſſe ī
fantē genitū toti orbi īpaturꝝ:Eāqꝫ fuiſſe cām:cur filiū cum coæuis:ut di
ximus pueris inſtituerit aſſuefeceritqꝫ regiū eruditioni:quo dignior eſſet
q īperio potiret. Sed iā uir factus cum di p̄ditionē noſſet:magno animo
parauit exercitum. Veꝝ ī primis :quo facilius optata ꝑficeret : ſibi oīum
ægyptioꝝ beniuolētiā cōciliauit : ut & milites pro eoꝝ ducibus ad oppe
tendā mortē ꝓmptiores redderet:& q in patria reliq̄ eſſēt nouis rebus ab
ſtinerent. Oēs uero beneficiis affecit. Hos donauit pecuniis:alioſ agris nō
nullos remiſſione pœnæ ſingulos oratione:& humāitate deiunxit. Oēs q̄
in rege deliq̄rant dimiſit īpunctos. Ob æs alienū uictoſ magna hæc mul
titudo erat ſoluit. Aegyptū oēm in ſex:& trigīta regiōes(quas leges dicūt)
diuidēs cuilibet prætorem:q & tributa regia exigeret:& ꝓ regionis uarie
tate cōmodoqꝫ omīa exquireret præfecit ex robuſto milite exercitum ele
git:quo animi cōſilia perficeret. Fuere copiæ pedeſtres milia hominum
ſexcenta:equitū milia quatuor & uiginti. Currus bello apti octo milia:&
uiginti. Deinde uarios duces ex his:qui unā ſecū nutriti erant exercitui p̄
poſuit uiros exercitatos bello & a pueris uirtuti deditos. Hi erant nume
ro amplius mille ſeptingenti:fraterna oēs mutuaqꝫ erga regem beniuolē
tia. Quibus diſtribuit agros fertiles:ut rebus neceſſariis fulti nullaqꝫ du
cti īopia liberius militiæ uacarent. Preparatis ad bellum rebus p̄mum æ
thiopes q̄ ad meridiem ſpectant aggreſſus uictos acie tributum pendere
cōpulit ebenum auꝝ:& elephantorū dentes. Deinde ad mare rubꝝ claſſe
quadrigentaꝝ nauiū miſſa:Primus oīum lōgis nauibus uſus:& īſulaſ oīſ
eius oræ ſibi ſudidit :& ptes maritimas uſqꝫ ad indos ſubiecit Aſiā quo
qꝫ oēm pedeſtri exercitu deuicit:neqꝫ ſolum ꝓuīcias expugnauit ab Ale
xandro poſtmodum ſubactas .Sed & gentes quaſdam: ad quas nūquā
Alexander acceſſit . Nā & gangen tranſiit & uniuerſam mediam uſqꝫ ad
mare occeanum pagrauit. Scythaꝝ quoqꝫ gentē ad thanaī uſqꝫ flunium:
& q europam ab aſiā diuidit ptranſit ibi multis ægyptiis iuxta meotī pa
ludē relictis:colchorū genti originem p̄buit. Hanc nationem ab ægyptiiſ
manaſſe argumento eſſe dicunt:qꝫ āpud eos pueri ægyptioꝝ ritu circū
dantur:priſcū morem quem & iudei ſequuntur colonia ſeruante. Aſiam
quoqꝫ reliquā ſibi parere coegit Cycladas īſulas maiori ex parte potitus
eſt:tranſcendēs in europā oēmqꝫ thraciam pertranſiens periculum exerci
tus ſubiit:tum propter īopiam frugū:tum locorum aſperitate. Finē expe
ditionis in thracia ſtatuens multis in locis ab ſe deuictis colūnas erexit
in quibus ægyptiis quas ſacras dicunt:litteris ſcriptum extat. Hanc ꝓuī
ciam armis ſubegit rex regum principātium Seſooſis. Columnam īſuꝑ

ue capiende curam ſpe lucri timorem ſuperante. Arte igitur & dolo potio re uiribus beluã ſũt aggreſſi. Primũ ualidis ſpiſſiſq; funibus rete cõcauum gibbi forma belue capacẽ fecerũt. Tũ ſpeculãtes ſerpẽtis cubile atq; exi tus redituſq; notato tẽpore ut primũ ſerpẽs ad conſuetum animaliũ pa ſtũ ꝓdiit ore aditus igentibus lapidibus ẽraq; obducto ĩ ꝓxĩo uallis loco latum in primis ingreſſum tum artiorẽ interius ueluti cuniculum cubile uerſus in quo rete poſitum eſt fecere. Reuertẽti a paſtu belue ſagyptarii funditoreſq; tum equitũ magnus mumerus ad hæc tibicines ad id ꝑprã ti omnes ſe ſe oſtendere. Nulli tamẽ adire ꝓpius auſi ſunt aliorum malo edocti. Hos ille ut cõſpicatus ẽ caput alte extulit. Sed tum coniectis pro cul manu telis tum equoꝝ conſpectu tum latrãtium canum multitudĩe ad hec tubarum cõcetu territus ſerpens ad ſolitũ aditum profectus cũquẽ obſeptũ cum reperiſſet illi in ſequẽdo armorum equoꝝq; ſtrepitu tuba rum inſuper clangore & uenãtiũ clamoribus iam feritate depoſita ob ſtu pefactã beluam ad preratum ad id aditum adegere: quẽ ĩgreſſa in rete ĩ cidit. Deiceps reluctãtem reteq; dentibus magnis editis ſibilis lacerantẽ cõpreſſerunt. Nam & cuniculo cum rete exſtracta multiſq; ad caudã icti bus percuſſa eſtractis inſuper dẽtibus exq; ea re dolore perculſa fera mi tior eſt effecta. Eo pacto irretitũ ſerpẽtem deſerẽtes alexandriam regi ob tulerunt mirandum ſpectaculum & uix audientibus credendum. Dedu cto deĩde paulatim ad cõterendas uires cibo feritas eius remiſſior reddi ta eſt: ita ut ob illius oẽs manſuetudinem obſtupeſcerẽt Prolemeus uenã toribus tributo præmio ſerpẽtem dimẽſo enutriẽs cibo ad regiam ueniẽ tibus exteris pro mirãdo ſpectaculo oſtẽdebat. Tã ingẽti igitur ſerpente ĩ cõſpectũ hoĩum palã deducto haud abrogãda uidetur fides æthiopibuſ neq; pro fabulis ducẽda: que de ſerpentibus tradũt. Aſſerũt enim reperi ri apud ſe illos tanta magnitudine ut non ſolũ boues ac tauros cæteraq; eiuſdẽ mollis animãtia: ſed elephãtos quoq; occiſos uorẽt. Nam cũ illis cõgreſſi primũ cauda pedes illoꝝ multis nexibus cõplicãt ita ut nequeãt moueri. Deĩde in caput aſſurgẽtes oculiſq; tãq̃ fulgure incẽſis elephãtoꝝ uiſũ obũbrãtes ad terram deiectũ comedũt. Nunc de reliquis arabici ſi nus oris ſcribemus parti ã nobiſ alexandriæ ex regũ comẽtariis: partim ex his qui uiderũt pceptis. Hæc eni orbis portio ĩſula quoq; britãie & loca ad arctũ ſita paucis nota ſũt. Verũ de regionibus que arctũ ſpectãt deq; britanicis rebus tum referetur a nobis. C. Ceſaris qui romanũ uſq; britani am imperiũ protulit eaſq; orẽs incognitas antæa notas effecit geſta com plectemur. Arabici ſinus oſtia patẽt ad oceanum qui meridiem reſpicit plurium ſtadiorum longitudine: quæ arabie togloditarumq; finibus ter

miatur:hoſtii reliquiq; ſinus latitudo decē & ſeptem ſtadiis patet ā portu panormi ad oppoſitam epirum diei unius uauigatio. Plurimum uero diſtat circa Tiritum montem ubi ita latum eſt mare ut epiri minime inuicem aſpiciantur. Ab hac latitudine paulatim clauditur uſq; ad hoſtium eius. Is ſinus multis in locis inſulas continet magnas quaſ iter arctuſ eſt nauium curſus. Maris uero fluxus nehemēs ac multus. Hic ſitus eſt arabici ſinus cuius ab ultimis locis ordientes ut inq; nauigandi modum quæque in eo ſunt memoratu digna recenſebuntur. Et primum in dexteram ſumemus littoris partem: quam uſq; ad deſertum habitant troglo-ditæ. Ab Arſinœ ciuitate iuxta dextrum continens euntibus uariis i locis ex ſaxis in mare emanāt aquæ ſalſedine amaræ. Vltra quas latis campis mons imminet uiridi colore qui continuo aſpicientium uiſum corrumpit. In mōtis radicibus ſtagnū eſt difficile ad nauigandū nomine Aphrodites: ex tribuſq; in eo ſunt inſulis due oliuas ac ficus abunde ferunt. Tertia his arboribus deficiens meleagridis ut appellant referta eſt. Poſt hæc ſinus eſt ingens nomine Achathartus in quo cheronoſſus āguſto aditu. Inter nauigantibus ad oppoſitum mare præbet: Vltra hæc loca inſula a lōgitudine ſtadiorum octuaginta nomine Ophiades olim deſerta cultoribus ob ſerpentum unde & nomen ſupreſit in ea diuerſantium multitudinem. Poſtmodum regum ægypti opera ſerpentibus purgata eſt ad cultumq; redactā ita: ut nulli in ea amplius conſpiciantur. Non autem prætermittenda uidetur cauſa: qua hanc inſulam ſerpentum moleſtia cura hoīum liberauit. Inuenitur in ea inſula topatius lapis uitro ſimilis colore aureo. Cuius acceſſus oībus eſt interdictus pœna mortis ad eam nauigātibus ſtatutā. Pauci cuſtodes iſulæ præſunt uitam miſeram ducētes. Ne quis enim eos lapides furto auferre poſſit: nulla penitus in inſula nauis relinquitur. Qui prope nauigant regis timore haud quaq̄ propinquant inſulæ. Nutrimentum deferentes eueſtigio abſcedunt cibo relicto. Cæteri propinqui inſulam non adeunt. Deficiente cibo ad littus ſedent omēs uitæ ſubſidium expectantes. Hos qui deferunt ut tardos ſæpe incurſant uelut in extremo uitæ poſiti. Hic lapis in petra naſcitur die ob ſolis ſplendorem minime apparens. Noctu in umbra lucet procul oſtēdens quo ſit in loco. Cuſtodes ſorte diuiſi ad loca ubi latent topatii accedunt. Quem ubi noctu ſplendentem conſpexere locum ſplendentem lapidis deſignāt eum poſtmodum die exciſum opificibus tradunt: qui ex eo topatiū eliciant. Propinqua littora maiori ex parte icthiophagi habitant & paſtores toglodit æ. Montes inſuper ſunt uſq; ad ſotiras portum contigui qui nomen hoc græcis primum eo proſperæ nauigantibus accepit. Deinceps ſi

rius eſt arabiam uerſus cuius regio ac mare aliam a priori naturam hēt.
Nam continens humilis eſt nullis collibus elatus. Mare non ãplius tri-
bus paſſibus profundum colore admodum uiridi. Quod ſeunt mini-
me natura aquæ cõtingere: ſed quia alga referta ē: locus ad nauigandum
facilis nulli ſubditus tempeſtati: multiſq; refertus piſcibus. Naues q̃ ele-
phãtes uehũt tum profunde tum põdere graues haud parua ſubeũt ma-
ris diſcrimina. Noctu enī uentoꝝ acte ui quandoq; in ſcopulos quãdoq;
ad loca uadoſa impelluntur. Nautæ ubi neque egredi propter aquam ſta
tura hominis profundiorem neque nauē cõtis quæunt impellere omnia
præterq̃ ad uictum neceſſaria e naui eiicientes non tamen propterea ꝑicu
culum deuitant. Nulla inſula nullo e diciore loco nulla naui propinqua.
Nã regio penitus inculta eſt & incolis uacua: & ad quã rari nauigēt. Præ-
ter has difficultates breui tēpore tãta maris fluctibus arena ad nauis alue
um impellitur: ut ueluti aggere obducat. Illi in caſſum ad ſurda loca ex-
clamantes: nõ tñ omnīo ſalutem deſperãt. Nã quãdoque a maris ex æſtu
ante fluctu naue in altum eleuata tanq̃ deus quiſpiã ſalutem attulit ꝑicli
tantibus. Si uero hoc dei auxilio deſtituantur ubi cibus deficit: inbecillio
res in mare a ualentioribus quo pluribus diebus cibi ſuppetant ꝓiciun
tur. Sed tandem & ipſi multo pereunt deterius q̃ iam uita functi. Illi.n.
breui tempore ſpiritum naturæ quæ illum dederat reddidere. iſti multis
calamitatibus morte ꝓducta longiora differendo mala ꝑpeſſi tandē pri-
uantur uita. Naues aũt deſtitutæ nautis tanq̃ ſuoꝝ ſepulchra aliquãdiu
permanent arena undiq; congeſta. Malus antemnæq; a longe conſpecte
ad defunctoꝝ miſericordiã aſpicientiũ animos mouēt. Regium eſt mãda
tum ſi quando eiuſmodi caſus acciderit ut ſignificentur loca nauiganti-
bus ꝑnitioſa. Traditum eſt a maioribus fama iis qui ꝓpe icthiophagos
habitãt magno quodã eius ſinus fluxu mare ad oppoſitũ littus ſecedēte
oībuſq; locis eius ſinus areſactis terram fũditus colore uiridi apparuiſſe
ex imenſo rurſus maris refluxu aquam in priorem locum reſtitutam. Ha
rum partium a ptolemaida ad taurum uſq; montem nauigationē rettuli
mus: cum Ptolemæum elephantoꝝ uenationi ſcripſimus operã dediſſe.
A tauro uertitur littus orientē uerſus ubi æſtiuo ſolſtitio umbræ ad me-
ridiem uergunt diuerſo a nobis modo uſq; ad horam ſecundã. Habet ea
regio flumina decurrētia a montibus quos appellant pſebeo: diuidit quo
q; latiſſimis campis hibiſcum cardamonium ac mire maguitudinis pal-
mas. Fructus inſuper omnis generis aſperos guſtu ferentibus ignotos no
bis. Mediterranea regio elephantis tauris ſilueſtribus leonibus cæteriſq;
magnis feris copioſa eſt. Nauigatio inſulis īpeditur nullum domeſticum

ferentibus fructum. Aues in eis uarie aſpectuq; mirabiles nutriũtur mã re deinceps ſequitur profundum habẽs cetæ magnitudine eximia haud infeſta hominibus niſi cum forte quis inſcius in earum criſtas inciderit. Neq; enim nauigantes inſequi aduerſo ſole poſſunt ſplendore illarũ oculos obumbrante. Has trogloditaꝝ partes ultimas mõtes quos dicũt pſeuaras circundant. Reliquum ex aduerſum littus arabiam ſpectãs ab ara quã ariſtona ptolemæo ad perueſtigandã arabia uſq; ad oceanum miſſus. Neptunnio dicauit neptũnum appellatur. Eius lõgitudinis regio maritima propter utilitatem admodum celebris finicea a palamis quas plurimas fert ubere ac ſuaui fructu appellata. Omnis propinquus agertum aquas ſcatẽtes raras habet: tum ad meridiẽ uergens eſt admodũ calida: ꝓpterea locum illum arboribus fructuq; fertilem ĩter deſerta hominibus loca ſitum merito diis barbari ſacrarũt. Et enĩ nõ pauci fõtes riuiq; aquã quæ niuium frigiditate haud inferior eſt ſcaturientes terram herbis uirẽtem p̄ſtant rem aſpectu admodum iocundã. Eſt & tẽplum ex duro lapide priſcis tẽporibus conditum uetuſtaꝝ & quæ intelligi nequeãt litterarum inſcriptione: Ei uir ac mulier præſunt per omnem uitam ſacrorum curam habentes: hi fœlices habiti qui id loci habitant in arboribus ob timorem dormiunt ferarũ. Iuxta phenniceã nauiganti ad epiti ꝓmontoriũ inſula eſt ab animantibus quæ in ea uerſantur dicta ferarum inſula Tanta enim harum beſtiaꝝ copia in his locis ſupeſt ut mirum uideatur aſpicientibus: Imminens huic inſule ꝓmontorium ei loco adiacet qui appellatur petra & arabia paleſtine. In hanc & tus & reliqua odorẽ redentia ex ſupiori ut fertur arabia genei minneiq; aſportant: Reliquam maritimã orã tenuerunt olim maranei. Deinde qui proximi ſunt garindanes quæ loca ab eis hoc pacto ſunt uſurpata. Celebritas erat olim in ea quam diximus phœnicea luſtris ſingulis ſeruata: ad quãundiq; e ꝓximis locis accebant pingues camelos hecatombas appellant diis in tẽplo ſacrificaturi. Aquã inde recedentes: nam ꝑſuaſum erat eam ad ſanitatẽ deferentibus conferre in patriam ferebãt. Ob eam cauſam Maraneis ad ſacra ad euntibus garindanes tum prius qui domi remanſerant marãeos tum deĩceps qui ad ſacri redibant ꝑ inſidias aggreſſi ad unum pemerunt. Vacuã cultoribus patriam tum frugibus tum peccoribus nutriendis aptam ĩter ſe diuiſerntuu portus ea regio paucos habet: ſed frequentibus diuiditur mõtibus: ex quibus p̄ter aſpectus uoluptatẽ magna colonis utilitas percipitur. Ex hac nauigantes ſinus excipit lamites frequẽtibus ĩhabitatus arabum uicis quos nebãteo uocant: hi maiorẽ ſinus portionem tenẽt. Et mediterraneas quaſdã propinquas partes in quibus frequens ẽ populus &

ꝑ magna pecoris copia: hi priſcis tēporibus iuſte uiuebant uictu quē ar-
menta præbebant cōtenti. Poſtea uero q̄ alexandrinos mercatores ad ea
loca nauigantes ſpoliare prædatoriis nauibus cæperunt imitati eorū qui
in ponto ſunt tauroꝝ feritatem triremibus deinde capti meritam pœnam
dedere. Subeſt deīceps regio campeſtriſ irrigua: quæ ob frequentes fonteſ
nutrit gramen medicam & lōgitudine hominis lotum: propter loci uber
tatem nō ſolum infinitus ibi pecorum aliter nūerus: ſed ſiluestres cameli
cerui damæq; q̄plures paſcuntur. Magno præterea numero accedunt eo
cibi gratia leones ex locis deſertis ac lupi pardaliq;: quibus cum feris pro
armentoꝝ tutela. paſtores die noctuq; certare coguntur: Ita ſoli illius bo-
nitas incolis diſcriminis cauſam præbet. Natura enim bonis utplurimū
quæ hominibus largitur & mala īmiſcet. His campus ſinus quigentoꝝ
latitudine ſtadiorum adiacet natura mirabili clauſus pluribus ac magnis
ſcopulis perplexuſq; ac exitu difficilis. Saxum longe in mare porrectum
nauigautium āditum reditūq; īpedit: tantum fluxus tēpeſtatiſq; tempo
re cum fluctus excreuere naues ſupra ſaxum uētorum ui delatæ tranſeūt
Gentes quæ iuxta ſinum habitant banizomenæ appellatæ & uenationi
bus uiuūt: apud quos ē ſanctiſſimū tēplū quod oēs arabes ſupſtitioſius
celebrāt. Tres ꝓximæ his ſunt inſulæ quæ plures abent portus. Harum
primam ſolitariam in qua antiquoꝝ domorum lapidea ſunt fundamē
ta itēq; columnæ barbaricis litteris iſculptæ: ferūt iſidi ſacram: Eodem pa
cto & relique ſūt deſertæ cultoribus oleis tamen refertæ a noſtratibus di
uerſis. Poſt has īſulaſ maritima loca ad mille ſtadia abruptis ſcopulis ple
na ſunt. Mare innauigabile neq; portus neq; locū habet in quo anchore
figi queant: ut neceſſe ſit orta tēpeſtate nauigantes ſubmergi. Mōs huic
mari immīet uertice præcipiti atq; alto in cuius radicibus exeſæ ſpelūcæ
ſunt frequentes aſperæq; concauitates. In has frequentibus procellis de
lata maris profundi tempeſtas ſonum tonitruo ſimilem reddit. Fluctus
partim ad magna illiſi ſaxa ſurſum feruntur ſpuma mirabili ædita parti
a locis concauis abſorbentur maximo edito fragore ac ſtrepitu. Adeo ut
eis locis propinquātes eo ſonitu perculſi timore pereant. Hoc littus ara
bes incolunt nomine. Thamudemi. Sequitur ſinus ingens ſparſis in eo i
ſulis permultis aſpectu ſimili inſulis echinaſiis. Iuxta littus arenæ ſunt
prælati cumuli colore nigro longe lateq; diſperſi. Deinceps cheroneſus
ſubeſt optimum habens oīum portū qui in hiſtoriis deſcribunt nomine
charmutha. Nam ſub rupem īmenſam quæ ad zephyrum ſpectat: ſinuſ
eſt non ſolum iocundus aſpectu: ſed utilitate quoq; cæteris ſupergreſſus
Ei mōs imminet amœnus centum ſtadioꝝ ābitu. Ingreſſū habet duoꝝ

iugerum portus tranquillus duobusq; millibus patens nauibus irriguus eſt præterea magno flumine in eum fluente. In medio quoq; inſulam cõtinet aquis redundantem atq; ortis accomodam. Deniq; kartaginenſium portui quem dicũt cothonũ uidetur eſſe perſimilis: de cuius utilitate ſuo loco dicetur piſcibus plurimis ad eum ex magno mari tum cibi: tũ aqrũ in eum decurrentium dulcedine cõfluetibus eſt refertus. Hæc nauiganti bus loca montes quinq; diſtantes inuicem præalti apparãt uerticem mo dum ægypti pyramidarum acuto. Sinus eſt deinceps rotũdis magnis cir cundatus promontoriis cuius in diametri medio aſſurgit collis ĩ modũ menſe ob longus: in quo tria templa ſunt admodum magnifica diis græ cis ignotis ſacra magnoq; in honore ab incolis habita. Sequitur deĩde lit tus tum fontibus irriguus tum plenus dulcis aquæ riuis. In eo mons eſt uariis arboribus denſus quem gabinum dicunt. Loca monti cõtigua ara bi tenent quos uocant debas. Hi camelos ad omnem uitæ uſum paratos habent: nam in his bellantur his uaria feriunt onera horum lac potant his uitã ducunt. Super his diuerſa perambulant loca: In medio regionis eorum dicitur eſſe fluuius arena aurea: ex qua incole aurum elicere neſci unt. Sinũt aũt ab externis: ſed nõ oĩbus auferri: boetiis enim dum taxat & peloponenſiis arenam aſportare licet. Idq; eis herculis beneſitio erga ſu am gentem ut a maioribus acceperant olim impenſo in gratiam benefi cii conceſſum. Contiguam eis patriã arabes abilei gaſandiq; habitant: nõ quidem calore feruidam ut propinqua loca: ſed mollem & ſpiſſis quan doq; humectam nubibus: qui nimbi ſuo tempore aduenientes æſtatem fructiferã reddunt. Regio ſua natura fertilis habetur: ſed parum colit ho minum incuria. Aurum e cuniculis nulla atte factis effodiunt: non qdẽ quem terra igne liquefactum exprimant: ſed ipſa natura purũ quod ab re apyron dicunt. Minutũ tamen repitur ut pars minima ſentulle ignis maior nucis ſic inſtar regiæ. Illud circa manuum iuncturas ferunt circaq; collum præcioſis lapidibus diſtictum. Cum auri apud ſit eos copia: æris inopia ac ferri inuicem ea cum mercatoribus permutant. Hos ſequuntur quos uocant carbos. Hos ſabei gens arabum populoſiſſima qui fœlicem arabiã ĩcolunt eorũq; apud nos ſũt p̄cioſiſſima ferentẽ plurima ac omni pecoris genere apprime copioſam. Odoribus inſuper ſuauibus quos paſ ſim natura apud eos gignit omnes ferme alias ſuperat nationes. Nã ĩ ma ritimis locis Balſamus orit & caſſia quædãq; herba natura ſigulari quæ recens aſpectu oculos. oblectat ĩueterata ſubito fit debilior pars mediter ranea ſiluas continet a menas iu quibus magnæ ſunt turis ac mirræ arbo res: palme inſup arũdines ac cinamomum & alia his odore ſimilia. Neq;

enim referri poſſet ſingulorum ſpecies ac naturã adeo affluẽter multa in eum odorifera natura exaggerauit. Diuina quædã res eſt:& quæ uerba ſuperet ſuauis ad noſtros ſenſus ab eis aſpirãs odor. Et ſane longe quoq; a cõtinẽti nauigãtes hãc odorum uoluptatem percipiunt. Veris enĩ tẽpore uẽti a terra perflantes ab huiuſmodi arboribus odores ad ꝓpinqua maris loca ꝓferũt. Nõ enĩ remiſſam aromata& uetuſtã ueluti apud nos accidit uim habẽt ſed ĩgentem recẽtemq; & quæ ad omnes ſenſus perueniat. Aura quidem ex optimis mixta odoribus ad maritima deſcendes multa ſuauitate nauigãtes afficit & cõfert ualitudini. Nam haud quãq; ex cõtrito fructu aut in uaſe recondito aer manat odoriferus:ſed a patria arboribuſq; quibus id diuina quadam natura ĩeſt. Vt qui odores hos ſentiunt ambroſiam quam narrãt fabulæ tãta enim odorum excellentia nullum ſibi nomẽ ĩuenit aptius eẽ putẽt. Nõ tamẽ purã ſimplicemque & abſque ĩuidia fœlicitatẽ fortuna his hominibus largita eſt:ſed tantis dolis plura immiſcuit mala profecto admonens perpetuis bonis deos a nobis ſolere cõteni: Nam apud odoriferas ſiluas ſerpentũ infeſta multitudo uerſatur colore rubicundo longitudine palmi qui proſilientes in homines letali occidunt morſu. Singulare quid incolis accidit longo debilibus morbo. Namlonga uexati egritudine cum natura debilis adeoq; exhauſta eſt ut trectari nequeãt ex aſfalto hyciq; barba uapores faciunt quo malus odor boni ĩmenſiq; uirtutem contundat:bona enĩ menſura & modo ſumpto hominibus proſunt & afferunt uoluptatem temere & caſu inutile reddũtur. Huius gentis metropolis eſt:quam ſaba appellant ſupra montẽ ſita. Reges habet ex generis ſucceſſiõe eos quibus multitudo honores diſtribuit bonis maliſq; ĩmixtos. beatam nanq; uitam habere uidẽtur ꝙ reliqs imperantes rationem ab ſe geſtoꝝ minime coguntur reddere. Infœlicẽ uero ꝙ nunq̃ regiã exire queunt. Nam ſi palam prodirent:a turba hominum lapidibus ueteri quodã deorum reſpõſo obruerentur. Hæc natio nõ ſolum propinquis barbaris:ſed cæteris hominibus ditior atq; opulẽtior habetur. Nam in mercaturaꝝ cõmertio ex parui ponderis re plurimũ prætii a mercatoribus ex reꝝ cõmutatione capiunt. Ideoq; cum nullam nũq̃ calamitatẽ ea gens ſit experta:auri autem argentiq; copia preſertim. Sabe ubi regia eſt ſuperſit toreumata argentea auraq; omnis generis poculoꝝ habent lectos inſuper tripodaſq; argenteis pedibus:cæteraq; ſupellectilem ultra fidem ſumptuoſam. Magnis quoq; colũnis porticus fulciunt quaꝝ capita tũ argentea tum aurea exiſtunt:laquearia uero ac porte aureis fialis prætioſis lapidibus intermixtis totius domus ſumptuoſiſſimum ornatum oſtedunt. Alia enĩ auro:alia argenteo:quædã lapidibus ſplen-

dent.Nõnulla tum elephantorum dentibus ſunt exculta tum multis præte rea rebus aliis quæ plurimi hand homines extimantur.Et hi ſane multiſ ſeculis perpetuã habuere fœlicitatẽ.Ab fuit enĩ ab eis penitus quod mul tos ĩ præceps dedit ambitio per auaritiam aliena poſſidendi.Horum ma re albo colore eſſe uidetur:quod cũ mirabile ſit:eius rei cauſã quærendæ dedit.Inſulæ ſunt fœlices propĩquæ quarum urbes meniis carent.Pecora in eis omnino alba:cornua fœminis natura deſunt.Ad has mercatores com meant undiq;:ſed maxime ad potanã quam alexander iuxta indi flũinis hoſtium cõdidit.Locum in oceão littore nauibus recipiendis aptum. Et hæc hactenus.Nunc illa quæ in eis locis miranda in cælo uidentur non ommittenda:ſed præcipua admiratione uidẽtur digna:q̃ de arcto ſcribũ tur multũq; dubii afferunt nauigantibus.A menſe enĩ martio nullũ eorum ſeptem quæ circa arctum ſunt aſtra uſq; ad primã uirgiliã uideri dicunt. Maior aũt uſq; ad ſecundã pauloq; poſt parum aſpici a nauigantibus: at qui planetæ appellantur nõ aſpici omnino.Aliorum aũt quædã maiora noſtris uideri quædã diſſimili ortu atq; occaſu.Solẽ nõ tãq̃ apud nos pau lo ante ortum iubar emittere ſed adhuc nocte obſcura ſubito apparere lu centem.Ideo nunq̃ diem ĩ eis locis priuſq̃ ſol uideatur oriri:quem ex me dio pelagi tradunt ſurgere ĩcenſis carbonibus ſimilẽ radioſq; p magnos procul afferre:Forma autem apparere nõ rotunda quemadmodum apud nos:ſed columnæ ſimili paulum ab ſumo capite luculẽtiorem aſpectum habẽte.Præterea neque ſplendorem neque radios uſque ad primam ho ram præbere:ſed uelut ignem abſque luce in umbra uideri.Secunda ho ra ueluti clipeum fieri.Lumenq; præbere cõtinuum & ſupra modũ fer uentem Circa occaſum ecõuerſo cõtingit.Nã uidetur aſpectu orbem no uis radiis illuminare horis duabus. Et ut agatharchides gnidius tradit tribus.Hoc uero tempus incolis piocundũ.Iam diminuto uergent ĩ oc caſum ſolis æſtu zephyrus & libycus & euri uẽti apud eos ſicut & apud alios ſpirant.Noti uero apnd æthiopiã neque uigent neque noti exiſtũt Apud arabes ac trogloditas adeo calidi ſupra modum regnant ut & exu ranr herbas:& ad umbras quoq; cõfugtentium debilitẽt corpora. At bo reas merito optimus extimatur.cũ ſit ubique terrarum frigidus:Nunc ad li byos ægypto ppinquos & pximas eis regiones tranſeamus.Circa ſire nem ac ſyrtes oraſque mediterraneas quattuor libyorum inhabitant gene ra:quorũ Naſamones dicunt qui ad notum uergunt.Alii anochite adoc cidentem ſiti. Q uidam marmaride inter ægyptum & cirenẽ habitant ac littoris partem.Q uartum genus multitudine præſtans hoĩum appel lantur mace:qui circa ſyrtes habitantes ſoli ĩter cæteros libyos agros ube

res fructu colunt iumentoꝝ.ex quibus nutriuntur diligētem curā hēnt. Hæ ambæ nationes regibus parent uitā non omnino agreſtem agentes: neq; ab humanitate alienam. Tertii neque ullis ſubſūt regibus neq; ullā latrociniis ſemper intenti iuſtitiā norunt. Rapientes enim quæ prima ex deſerto caſu occurrant cōfeſtim ad ſua loca redeunt. Hi omnes libyi uita ſilueſtri ſub diuo habitāt. Victu ferāꝝ more cōtenti nil domeſticū edunt. Nullis ueſtibus præterq̄ capraꝝ pellibus tegunt corpora: potentiores in ter eos nullas habent ciuitates: ſed turres aquis proximas condentes i eis quæ uſui ſuperſunt. Subditos populos ſingulis annis adiurant ut princi pi pareant, obtemperantes ut ſocios diligunt. Imperium abnuentes ut latrones pſequuntur. Arma ſunt eoꝝ & regioni & moribus congrua. Nā cum ſint corporis leues patria uero ut plurimū plana neq; enſe neq; gla diis neq; aliis armis utuntur in bello. Tris tantum ferunt haſtas lapideſq; in ualis ex corio factis delatos: cum his certantes tum i congreſſu tum ēt abeundo primo ferire hoſtem conātur ad curſum & lapides recte iatien dos longo uſu edocti: erga externos nullū ius nullā omnino fidē ſeruant. Regio cireni proxima cāpeſtris eſt non frugibus ſolum ſed uineis oleoq; & paſcuis utilis. Sunt inſup flumina non parum incolis utilia. Quæ ue ro ad notum uergit deſerto cincta infructuoſa eſt: utpote aquis carēs aſpectum habet mari ſimilem. Huic deſertum ingens ſterile adiacet tranſi tu per difficili. Ita neq; aues in ea neq; quadrupedia præter damas & boues cōſpiciuntur. Loca mediterranea arenaꝝ cumulis referta quo plus uitæ neceſſariis carent eo uariis magniſq; ſerpentibus his præſertim quos ceraſtis uocant: quoꝝ morſus letales habentur ſunt fertiliora. Hi colorē arene ſimilem habēt. Qua ex re a paucis internoſcuntur ita coloris erro re ſeducti quidam pedibus illos cōculcantes uitæ pīculum adeūt. Ferūt hos quodā ſerpentes in ægyptum tranſmigrantes plures uicinas regiōes inhabitabiles rediddiſſe. Mirabile uero quippiam in eis oris & ea quæ eſt circa ſirtes libya contingit. Nam quandoq; & maxime quieto a uentis tē pore apparent in aere diuerſoꝝ animantium forme. quarum quædā qui eſcunt: quædam mouentur. Et hæc aliquando fugiunt aliquādo inſequū tur: ſed omnes magnitudiāe eximia ſtuporē timoremq; inſciis præbent. Nam quæ homines inſequuntur: comprehenſum frigido circundāt cō tactu. Externi quidem utpote eius rei inſueti exterrentur. Ab incolis ex aſ ſuetudine ſpernuntur. Quoniam res uidetur miranda & fictæ fabulæ pſimilis: phiſici quidam eius rei conati ſunt rationē reddere. Aiunt enim uentos iu ea regiōe aut oīo nō ſpirare aut pēitus debiles eſſe & remiſſos. Aerem uero perſepe quoniam neq; coualles neq; abrupti ſpecus aut ātra

neq; alticolles aut magnā flumina in eis ſunt locis eſſe īmobilem & quie
tum. Deniq; oēs uicinas regiones ſteriles & abſq; fructu nullos uapores
quibus uentus excitetur gignere. In aere igitur denſe atq; ottuſo: quēad-
modum eſtiuo tempore in nubibus aliquando ſolet diuerſe animantiū
ſpecies licet uidere formam illis aere quē leues & tenues aure quandoq;
mouent præbente. Eas puſtmodum moto paulum aere ad terrā īpulſas
forma tradunt: quā caſu ſumpſerunt cadere: ei quæ in quem forte incide
rint herere: quarum in unam partem magiſq; ī aliam motus nulla in illis
electio eſſe uidetur. Nam in re inanimata nō eſt aut appetitio aut uolun-
pras: ſed animantia quibus heient occulte cauſam motus præbent. Nā
procedentium animantium motu anterior aer īpulſus imaginē præcedē
tem mouet: ut fugere uideatur: ſimiliter ſequēs indolū ex motu aeris ad
progreſſum animantis præcedentis tractum ſeq uidet animal quod præ
cedit. Quuod ſi ſe uerterit aut firmum ſteterit idolum ſimili mō a mo
tu ceſſat. Cum uero in animal inciderit: diſſoluitur frigore quodam circa
corpus relicto. Supereſt nunc ut de his amazonibus ſcribamus. quas pri
ſcis temporibus in libya ferunt extitiſſe. Plures enim exiſtimant eas ſolas
fuiſſe: quæ circa flumen thermodonta in ponto regnarunt. Verum non
recte ſentiunt. Multis enim antæa ſeculis libyce fuere: a quibus multa ge
ſta accepimus memoratu digna. Neq; uero ignoramus harum hiſtoriam
nōnullos haud uerā exiſtimaturos. Nam cū ea natio multis ante troianū
bellum ſeculis omnino deleta ſit: amazones aūt quæ circa Thermodōda
habitarūt multo poſt tempore extiterint: ſimile ueri eſt eas quæ poſtea
notiores fuere ſuperiorꝝ quarꝝ iam euanuerat fama nomen & gloriā præ-
ſertim apud temporum inſcios obſcuraſſe. Verum cum legerimus plureſ
antiquos tum pœtas tum rerum ſcriptores eoſq; qui poſtmodum fuere
illarum memoriā poſteris reliquiſſe: conabimur & nos quoq; paucis iſa
rum facta litteris mandare. Rerum ſerie a Dionyſio qui argonautarꝝ dio
nyſiiq; ac nōnulla alia priſcorum geſta deſcripſit aſſumpta. Plures mulie-
rum nationes in libia fuiſſe traduntur pugnaces ac ualide uiribus. Nam
gorgonū gens fuit aduerſus quas perſeus haud paruo certamine bellum
geſſiſſe fertur uir fortitudīe eximia iouiſq; filius & græcorum ſue ætatis
optimus. Earum mulierū uirtus & potentia uel maxime licet cōſpici: ſi qs
quæ de illarum præſtantia ſcribuntur cum noſtri temporis mulieribus
conferat. Aſſerunt ſitas eſſe occidentem uerſus in extremis orbis finibus
nō eadem quā noſtre uita ducant. Nam mos eſt illis certo tēpore bellicis
ad ſeruamdam uirginitatem rebus exercitari. Tranſactis militiæ ānis ui-
ris coniungi prolis gratia. Has ſolas & principari & publici obire munerā

Viros noſtarum fœminarum inſtar domeſtice rei curam habere tum obtemperantes fœminis tum militiæ principatuſq; ac omnis rei.p. expertes poſt partum nati infantes dantur uiris quos lacte nutriant aliiſq; rebus pro ut etas poſcit. Fœminis mamillas ne creſcant urunt aſſerentes impedimento eas ad bellandum eſſe. Vnde a græcis eo q̧ mammis careant amazones appellantur. Aſſerunt abitare illas inſulã heſperam quia ad occaſum ſita ſit uocitatam. Eam uero eſſe in tritonidis palude quæ proxima oceano a flumine quod in eam defluit tritonia appelletur. Hanc paludem æthiopie ferunt conterminam montiq; qui eſt iuxta oceanum maximus omnium qui ĩ eis ſunt locis & mari imminens a græcis ath lanta dictus. Hanc ĩſulam per magnam eſſe uariiſq; arborum fructibus ex quibus incole uiuant uberem ferunt: eſſe & in ea multos tum caprarum tum pecudum greges quorum lacte & carnibus ueſcuntur. Frumento penitus carent illius uſu incolis noto. He amazones corpore ualide auideq; belli primum omnes inſule uicos præter unum icthiophagi æthiopes habitãt menes nominatum quem ſacrum arbitrantur expugnarunt. Solis æſtu admodum inſula feruet ferens præcioſos lapides permultos: quoꝝ hos græci carbunculos alios ſardonicos quoſdam ſmaragdos uocãt Deinceps plures libye propinquas ſubegerunt gentes urbemq; præclaram infra tritonidis ſtagnum: quam a forma cheroneſſum appellãt impoteſtatẽ redegere. Ex hac profecte plures orbis partes peragrarunt. Sed primi ath lantidæ bello appetiti cæteris earum partiũ humaniores: qui patriam incolentes fœlicem magnas urbes tenebant. Ab his deorum genus prout græci de oceano ſcribunt prodiſſe ferunt: de quibus paulo poſt dicemus. Traditur amazonum reginam nomine Myrinam exercitum triginta millium peditum duum millium equitum confeciſſe maxima ſpe uictoriæ in equitibus poſita. Tegmenta corporum pro armis habuere ſerpentum magnorum coria: quorum & quidem præter fidem ingentium copia in libya ſupereſt. Vtebantur longis enſibus haſta & arcu quo non ſolum exaduerſum pugnates uulnerabant: ſed fugiendo feriebant inſequentes. Cũ ath lantidum patriam peruaſiſſent quam Cercenem uocant incolentes acie ſuperata uictos inſequentes una cum eis portas ingreſſe urbem cepere. Vt autem terrorem formidinemq; cæteris inicerent ĩſo

lenter uictoria abuſe occiſis omnibus uſq; ad pubertatem uiris pue-
ros fœminaſq; euerſa ciuitate ĩ ſeruitutẽ adegerunt. Q ua calamita-
te apud finitimos uulgata athlantides aiunt timore territos ad eas
miſiſſe pollicitos tradituros ſe illis ciuitates atq; ĩpata facturos Regi
na cum ipſos benigne audiuiſſet amicitia cũ eis ſtatuta ciuitatẽ ſui
nominis euerſe loco cõdidit inq; ea tũ captiuos tum finitimaꝝ par-
tiũ uoluntarios accolas collocauit. Deĩde dona magnifica cõi athlan
tidũ decreto data honoreſq; eximie ĩpenſos inito cũ eis federe cepit.
Pollicita ſe gẽti eoꝝ ſatis eſſe facturã. Veꝝ gorgonidũ quæ gens fini
tima erat armis ſæpius athlãtibus laceſſitis ferũt Mirinã gratia præ
cibuſq; eoꝝ ĩpulſã exercitum cõtra gorgonidas duxiſſe. Q uo op-
poſitis copiis inito certamine ſupate magna ex parte occubuerũt. Vi
ue ad tria millia capte: Reliqs ĩ loca ſiluestria cõfugiẽtibus conatã Mi
rinã ſcribunt ſiluas ut eaꝝ genus deleret ĩcendere uoluiſſe. Verũ cũ
id nequiſſet ad montes ꝓpinquos trãſiit. Amazonibus negligenter
ut in uictoria ſolet uigilias ſeruantibus captiue eductis dormientiũ
enſibus multas interemerunt. Tandẽ excitate amazões armis captis
acriter pugnantes oẽs occiderunt. Mortuas amazões Mirina tribus
magnis aggeribus ſepeliuit qui hucuſq; amazonum cumuli appel-
lantur. Gorgonidas deinde tradunt cum uires auxiſſent iterum a per
ſeo iouis filio expugnatas cum earum eẽt regina Meduſa poſtremo
ab hercule & eas & amazonũ gẽtẽ quo tẽpore ad occiduas partes trã
ſiẽs colũnã ĩ libya poſuit. fuiſſe delectas rẽ ĩdignã extimãtẽ cũ ꝓ com
muni ſalute hoĩum pugnari aliqbus gẽtibus fœminas ĩperare. Legit̃
quoq; tritonidã paludẽ terremotu his apertis locis quæ ad oceanum
uergebãt deſiccatã eſſe. Mirina plurima libye parte peragrata cum in
ægyptũ trãſmeaſſet: Cũ oro iſidis filio q ægyptiis ĩperabat amicitia
firmatã arabiã bello petiit. Vbi multis ĩterfectis in ſyriã trãſiit. Q ua
ſubacta cilices ei cũ donis obuios pollicitoſq; ĩperata facturos libe-
ros eſſe qm̃ ei ultro occurriſſent iuſſit. Q ua ex re nũc etiã liberi cili-
ces uocãtur. Subiecit quoq; eas. quæ circa tauꝝ ſunt natiões q̃uis ui-
ribus potẽs. Tũ ꝑ frigiã ad magnũ mare cum deſcẽdiſſet regionẽ ma
ritimã tranſgreſſa Caicũ flumen ſtatuit militiæ finẽ prouintiæ uero
quæ Doryctica dicitur loca oportuniora condendis urbibus eligens
plures in ea ciuitates unam ſui nominis alias magnorum ducum ap

pellatione edificauit Ninam Cimem Pytanem Pyrneam. His iuxta mare ſitis urbibus cæteras perplures ĩ mediterraneis poſuit locis. In ſulas inſuper nonnulias impoteſtatem redegit: ſed leſbum præcipue in qua urbem condidit mitilenem ſororis quæ cum ea militabat no mine deinceps cum quaſdam alias ſibi ſubdidiſſet inſulas tempeſta te cohorta cum uotum matri deorum pro ſalute feceſſet ad unam ex his ſolitariam profecta iuxta quoddam in ſomnium ei deæ inſulam ſacrauit. Erectaq; ara ſacra ſolemnia celebrauit. Nominaſſe inſulã fe runt Samotracem q̃ a grecis ſacra iſula interpræctatur. Quidam hi ſtorici tradunt eam primum appellatam Samum ab incolis poſtea tracibus Samothracem cognominatam. Ali amazonibus in epitum aduentantibus ferunt deorum matrem hac oblectatam inſula & ali/os quoſdã in eã & filios quos Coribantas dicunt traduxiſſe. Quis uero eorum extiterit pater in archanis ſacrorum traditur. Monſtraſ ſe quoq; ea fertur q̃ nunc in ea ſeruantur myſteria: templumq; aſylũ ſtatuiſſe. Per hæc tẽpora Mopſus thrax a lygurgo rege thracia plus amazonũ gẽtem coacto exercitu peruaſit: Cui ſypilus ſcytha auxilio affuit antæa ab ſcythis thracie finitis expulſus. Prælio inter eos ama zonaſq; commiſſo Mopſi Sypiliq; res ſuperior fuit. Mirĩa cum plu ribus aliis interempta: poſtea cum ſæpius a thracibus acie ſuperaren tur: tandem quæ ſuperfuerant amazones in libyam reuertere. Ibiq; earum militiæ finis aut aiunt fuit. Poſtea uero q̃ athlantum memini mus haud ab re erit deoꝝ genuſ qui ab his prodiſſe referunt. cum & græci parum ab his diſſentiant recenſere. Athlantides ut accepimus loca propinqua oceano & quidem fœlicia incolentes: tum pietatis: tũ erga aduenas hũanitatis p̃ cæteris finitimis gentibus laudẽ tulerunt Ab his deorum gẽus manaſſe tradunt: quibus aſſentitur præſtãtiſ/ſimus græcorum pœta Iunonem oceanum deorum patrem & ma/trem Tetim appellantem introducens. Scribunt autem primum re gnaſſe apud eos Cælum homineſq; antæa ꝑ agros diſperſos ad cetũ condendaſq; urbes exortãtum a fera eos agreſtiq; uita ad mitiorem cultũ traduxiſſe. Aſſuefeciſſe inſuper domeſticos fructus ſerere aliaq; permulta ad communem uitæ uſum ſpectantia edocuiſſe. Tenuiſſe quoq; magnam orbis partem maximeq; loca ad occidentem atq; ad ſeptentrionem ſita. Aſtrorum quoq; diligens extitit obſeruator mul

tā hominibus futurā prædicens Annū̄ etiā̄ confuſum ātæa ā
ſolis menſes uero a lunæ motu deſcripſit:ſingulaq; anni deſignauit
tempora. Q ua ex re multi ignorantes aſtrorum ordinem ſempiter
num:admirati autem futurorum prædictionem arbitrati ſunt eorū
auctorem naturæ diuinæ participem:poſt eius obitum tum ex eius
beneficentia tum aſtrorum notitia immortales honores adeptus eſt
Hoc aūt conſtat illū nomen hoc ſortitum eſſe ob aſtrorū occaſus or
tuſq; multarumq; rerum peritiam:tum uero propter honores bene-
ficiis ſuis impenſos:tum & ipſum regem ſempiternum omnium ap
pellarunt. Cælum ex pluribus uxoribus ſuſcepiſſe ferunt filios quin
q; & quadraginta:horum decem & ſeptem ex Titea ortos ꝓprio no
mine ſingulos. communi autem omnes a matre āppellauit Titanas.
Titeam uero prudentia præditam cum plurimum mortalibus pro-
fuiſſet:ab eis poſt obitum deificatā terramq; eſſe cognominatam
Genuit quoq; filias:quarum duæ regina uidelicet & rheā quam pan
doram dixere ſuperiores etate cæteris euaſerunt clariores. Ex his regi
na prior annis prudentiaq; & uirtute reliquis præſtantior in gratiam
matris fratres omnes educauit :eoq; magnam aiunt matrem appel-
latam poſtea uero q̄ pater poſt obitum ad deos trāſiit communi po
pulorum fratrumq; conſenſu regnum adhuc uirgo cepit cum nulli
antæa nupſiſſet poſtmodum cupiens filios linquere ſucceſſores re-
gni unum ex fratribus Iperionem uirum ſumpſit. Ex quo duos pe-
perit liberos ſolem & lunam. Q uorum formam prudentiāq; admi
rantibus ſingulis tradunt fratres prolis inuidia motos ueritoſq; ne-
quādo imperium ad Iperiona perueniret ſceleſto facinore:Excogita
to fratrem cōmuni conſilio obtruncaſſe. Solem adhuc puerum ī flu
men Eridanum ꝓiectum ſuffocatum eſſe. Q ua re uulgata lūa præ
ter modum fratrem diligens. Ex tecto ſe præcipitauit. Matri quærē-
ti iuſtum flumē corpus cū in ſōnum īcidiſſet Viſum ei per ſomnium
eſt a ſole ſe conſolari:rogareq; ne lugeret natorum mortem:nam ho-
micide meritum eſſet ſupplicium paſſuri. Se uero ac ſororem quadā
dei prouidentia futuros immortales:nam ignem cæli ſacrum antæa
uocatum ſolē ab hominibus appellādū fore. Q uæ uero mena ꝓus
dicebat lunā A ſōno exprecta cū oībus tū ſōniū:tum infortuniū ſuū
narraſſet filios ut deos coluit ipſa īnupta uiuēs poſtmōm ī īſaniā uer

ſa filie cymbala tympānaq; quotiēs edito ſonitu ſparſis crinibus per patriā errabat. Quo aſpectu miſero obſtupebant homines: Cum uero ſinguli eius odori miſererentur quidā corpus ſuſtinerent maxīo imbre cohorto continuoq; fulminum caſu reginā aiunt diſparuiſſe. Qua re admiratus populus ſolis lunæq; nomen ad aſtra tranſtulit matrem & deā exiſtimauit & erecta ara cimbalis ac tympanis cæteriſq; rebus illius geſta imitatus ſacra illi & deorum honores inſtituit Huius deæ in phrigia origo extitiſſe traditur. Aſſerunt enī īcole phrigiæ libyæq; regem priſcum fuiſſe Menoē: qui uxorem duxerit dindimenem. Ex ea natā fœminā cum nutrire nollent in mōtem cibelū nomine abſe expoſitā diuina quadam ſorte pardali aliæq; fere lacte uberibus præbito nutrierunt. Hāc mulier quædā pecora paſcēs cum uidiſſet: facto ſtupēs īfantē tulit: atq; a loco cibelē noīauit. aucta etate pulchritudine prudētiaq: Excellēs mirabili īgenio fuit. Nā & fiſtulā pluribus calamis cōpactā & ad luſū coreaſq; cībalū tampanūq; prior adinuenit. Præterea pecoꝝ pueroꝝq; morbis remedia ītroduxit. Itaque tū pp īfantes qbus uerboꝝ medicaminibus ſalutē præbuit. Tū quia plurimos uelut ī ſinu fouit: tū ēt propter diligentiā amorēq; ſingulis pſtitā matrē ab oībuſ dictā ferūt. Amiciciā quoque eius appetiſſe Marſiam phrigem ingenio prudentiaq; mirabili. Coniecturam ingenii ſumunt ꝙ uocis ſonum multiplicis fiſtule imitatus ad tibias eam armoniam traduxit: prudentie ꝙ uſq; ad extremum uitæ finem celebs uixit. Cibeles prouecta etate adoleſcentem quendam eius regionis Atrim nomine dilexit: quem poſtmodum dixerunt papam. Cum eo clam coens grauida facta eſt. Quod ut parentes norunt in regiam accitam ut uirginem pater ſuſcepit. Noro filiæ peccato & Attim & nutrices interfici iuſſit atq; inſepultos abiici. Cibelē tum attis amore tum dolore nutritum perculſam inſanam effectam impublicum prodiſſe ferunt pſallentemq; cum tympano ſolam uniuerſam patriam ſparſis capillis deambulaſſe. Huius marſias miſertus ſponteq; illam aſſecutus una pererrauit priſtine amiciciæ memor Cum ad dioniſium in niſam urbem ueniſſent inuenere Appollinē magna exiſtimatione habitum ꝙ primus diceretur citharam reperiſſe. Orta inter eos artis contentione niſeos iudices iuſtituerunt. Apollo primum cithara ſimplici uſus ē Marſias uero tibiīſ. Quibus

admodum ut re noua audientes ob ſtupure. Eo in certamine ſoni ſuauitate appollinem uiſus eſt ſuperaſſe. Ambo aſtantibus iudicibus cum artem quilibet ſuam præferret. Apollo modulationem cantus ad cithare ſuauitatem adiecit. Qua propter tibiæ ſonum uiſum eſt excedere. Quod marſias egre ferens audientes monuit minime ſe uictum eſſe. Non enim uocis ſed artis comparationem fieri oportere: ſecundum quam armonia ac ſuauitas tum cithare tum tibiarũ eſſet exquirenda. Iniquum præterea eſſe duas ſimul artes uni conferri. Tunc apollo reſpondiſſe fertur ſe nihilo plus ad ſonum q̃ Marſiam adhibere: nam & ille quoq; ore uteretur cum tibias inflaret. Oportere igitur aut ambobus idem licere aut neutrum ore ſed manibus oſtendere ſuæ artis modulationem. Cum uideretur iudicibus equiora appollinem poſtulare artibus iterum comparatis aiunt denuo Marſiã eẽ uictũ: Appollinẽ uero ea contentione exaſpatũ uiuum Marſiã excoriaſſe. Vez̃ extẽplo penitẽtia ductus egre quod egerat fectẽs, piectis cithare cerdis iuentã ab ſe armõiã deleuit. Ad hãc poſtmodũ muſæ mediã linus quã lichanõ orpheus & Tamyrus quã hypatẽ ac parhypatẽ muſici dicũt addiderũt. Appollinẽ ferũt cithara tibiiſq; ĩ ãtro dioniſii poſitis cibelis amore captũ cũ ea uſq; ad hyperboreos erraſſe. Cũ phriges morbus oppmeret t̃ra nullos pberet fructus ſciſcitãtes deũ maloz̃ remedia oraculo pcepũ ẽ ut & attis corpus ſepelirẽt & cibelẽ uenerarẽt ut deã. Nõ repto Attis quod tp̃s abſũpſerat corpore phriges imaginem adoleſcentis circa quam planctu ac lamentiſ ſacra inibant fecere iram inique mortui mitigantes. Quæ conſuetudo penes phriges uſque ad hæc tempora permanſit. Cibeli uero arã erectã annis ſingulis ſacrificabant. Poſtmodum impeſſinunte oppido phrigie ſumptuoſe conſtructo templo honores illi ſacraq; ſolemnia conſtituerunt. Mida rege ad ea plurima conferente politi erant circa deæ ſtatuam pardali ac leões a quibus olim eſſet enutrita. Hæc de cibele deorum matre apud phriges deq; athlãtibus qui circa oceanum regnarunt traduntur. Poſt iperionis interitum aſſerunt cæli filios imperium diuiſiſſe Ex eis fuiſſe athlantem & ſaturnum nobiliores. Athlãti loca ad oceanũ poſita ſorte euenerunt: qui & populos ſuo noĩe & maximũ ꝑpe oceanũ mõtiũ appellauit athlãtẽ: ferunt ipſũ aſtrologie fuiſſe pitiſſimũ deq; ſpa ꝑmum ĩter hoĩes diſputaſſe q̃

ex re uiſus ē orbē ſuis humeris ſuſtinere locū pbēt fabulis ſpere īuēe
tione. Hunc aiunt plures ſubſtuliſſe filios: ſed unum pietate ac ī ſub
ditos iuſtitia humanitateq; inſignem quē heſperum appellāt. Qui
cum in athlantis montis cacumē ad ſeruandos aſtrorum curſus aſcē
diſſet ſubito a uentis arreptus nequaq̄ amplius uiſus ē. Ob eius uir-
tutem caſum hunc miſerata plebs honores ſibi præbēs immortales
aſtrum celeſte luc idiſſimum eius nomine uocauit. Fuerunt inſuper
athlanti filiæ ſeptem a matris nomine athlantides uocate q̄uis cuiuſ
libet proprium nomen eſſeut. Vt maia Electra. Taygetes Aſteropes:
Meropes: Alciones: Celeno Has tradunt tum ab heroibuſ: tū ab diiſ
cognitas & deos propter uirtutem & eos quos heroas dixerūt ueluti
principes generis hominum peperiſſe. Veluti prior etate maia ex io
ueme rcurium genuit multaꝝ reꝝ apud hoīes repertorē. Eodē mō &
relique athalantides ſingule filios ediderūt præſtanti uirtute: quorū
hi quidem gentium hi urbium conditores extiterunt. Itaq; non ſolū
barbari quidā ſed etiā græcorum plurimi priſcorum heroum genus
ad iſtas retulerūt. Quas cū prudentes fuiſſe conſtat: tum poſt obi
tū honores deoꝝ īmortaliū adeptas pliadū appellationē cepiſſe. Ni-
phæ quoq; dicte ſūt qm̄ cōi uerbo mulieres oēs nymphaſ īcolæ ap-
pellāt. Saturnū athlātis fratrē aiūt p̄cipua īpietate auaritiaq; p̄ditum
uxorē cæpiſſe ſororē rheā: Ex q̄ ortus ē iupiter olīpus poſtea uocatuſ
fuit alť iupiť cæli frať q ī creta īſula regnauit multo gloria īferior po
ſterior: hic. n. īpauit orbi. Superior cretæ tm̄ Genuitq; filios decē: q cu
retes ſť appellati: īſulā quoq; ab uxore ideā uocauit. Ibiq; poſt obitū
ſepultus ē. Cuius & hodie mōſtrari ſepulchrō ferūt put etiā teſtāť cre
tes de qbus poſterius referemus. Regnauit ſaturnus in ſicilia libya ac
etiam italia: ſed præcipue in locis ad heſperum ſitis eius imperii fir
mamentum fuit Apud omnes uero arces urbium & loca munitiora
tenuit: quo firmius imperium foret. Eo ad hoc uſq; tempus & in ſici
lia & in occiduis oris editiora loca ſaturnia dicta ſūt. Ex ſaturno Iu-
piter ortus quoniam diuerſa a patre uitæ inſtitutione erga ſingulos
māſuetudīe atq; humanitate uſus eſt: a populo pater eſt nominatus
Regnum is deinde cæpit partim concedentes patre partī populis ab
eo p odiū deſciſtētibus. Aduerſus quē cum ſaturnus titanum præſi
dio fiſus pugnaſſet acie uictus eſt. Iupiter ſuperior īperiū aſſecuſ uni

uerſum orbem per ambulauit plurimum de genere hoīum meritus
Viribus corporis uirtutibuſq; excellens breui totius orbis īperio po
titus eſt. Omne eius ſtudium īpuniendis impiis facinoroſiſq; homi
nibus ac in bonoꝝ præmiis cõmuniq; populorum utilitate uerſaba
tur. Quibus rebus poſt uitæ finem iouẽ dixere: eo q̃ beneuiuendi
cauſa hominibus extitiſſet. Creditus uero deus in orbe eſt ab his de
quibus bene erat meritus. Sponte illũ oībus & deum & dñm inſem
piternum uniuerſi orbis profitentibus. Quoniam in his quæ de re
ægypti a nobis relata ſunt Dionyſii genus geſtaq; tetigimus: æquum
uidetur: ut quæ de hoc a græcis deo ſcribuntur litteris mãdemus. Ve
rum cum priſci rerum ſcriptores pœtæq; qui de dionyſio. Miranda
quædam litteris tradidere de eius genere ac geſtis diſſentiunt diffici
le uidetur uerum ī his rebus exquirere. Nam hi quidem unicũ Dio
nyſium reliqui tres ſcribunt fuiſſe. Sunt q eius genus nequaq̃ mor
talibus fluxiſſe dicant. Exiſtimentq; illum uini extitiſſe auctorem.
Sed nos quæ de eo feruntur paucis tranſigemus. Naturales q de hoc
deo locuntur uiniq; eum repertorem putant: terram aiunt una cũ cæ
teris plantis ſua ſponte uites tuliſſe non ab aliquo pricipio ſatas. Hu
ius rei coniecturam ſummuntq; nunc quoq; ī quibuſdam ſilueſtri
bus locis naſcantur uites: fructumq; ueluti reliquæ arte hoīum cultæ
ferant. Duas dionyſio matres pſci fuiſſe arbitrãt. Vnã & eã ꝑorẽ ge
neris qñ uitis ī terrã poſita augumẽtũ capit. ſecunda qñ racemos ꝓ
ducit. Itaq; altera huius dei ex terra altera ex uitis fructu fert genera
tio: Sunt qui & tertiam generationem ipſi attribuant: ex ioue & cere
re genitum ferentes a mortalibuſq; diſſipatũ ac decoctũ rurſus a cere
re mẽbris cõpoſitis iuuenẽ factũ reuixiſſe. Quæ oīa ad naturales tra
ducunt rationes. Iouis enim & cereris filium obeam cauſam tradunt
qm̃ uites ex terra & pluuia nutritæ ꝓducant racemos: exquibus uinũ
exprimat. Ab hominibus uero diſperſum: eo quod agricolæ fructũ
auferant: terramq; homines cererem putẽt membra eius decocta: qm̃
plures uinum decoquant tanq̃ melius ac ſuauius futurum. A morta
libus uero mẽbra diſperſa iterum in ordinẽ redacta terrã oſtẽdit cer
to ãni tẽpore acta uindemia denuo nouos fructus ꝓferre. Deniq; ab
ãtiquis pœtis ſcriptoribuſq; tradit cererem fuiſſe terrã matrẽ appella
tam. Eadem quoq; & orphei tradũt pœmata & ī cerimoniis ī tradu

cũtur de quibus haud quāq̄ fas ē inſcios loqui. Eodem modo ex ſemele
ortũ ad naturale principum deducũt aſſerẽtes. Thionem ab antiquis. ter-
ram fuiſſe nominatum. Semelem eo ꝙ honeſta ſit eius dei cura & honor
Thionem uero a ſacris ei impenſis uocatum. Bis ex ioue natũ tradunt:
quoniam uites deucalionis tempore una cum cæteris arboribus diluio
ſint abſumptæ. Deinde iterũ exortæ: ueluti hæc ſecũda extiterit dei apud
homines procreatio. Qua ex iouis femore natum denuo hunc deum
ſcribunt. Qui igitur uini repertorem dionyſium uolunt huiuſmodi fa-
bulas ſcripſere. Qui uero hũc humano corpore deũ perhibent fuiſſe ea
dem tradunt: & uites eũ & uini uſũ ad inueniſſe. Vtrum dionyſii plures
fuerint incertũ ē. Quidã unũ extitiſſe uolunt qui & uinũ reperit & arbo
rum: fructus uniuerſũqꝫ peragrarit orbem. Initiationeſqꝫ ac cerimonias &
bacchanalia introduxerit. Alii tres ut diximus diuerſo tempore fuiſſe ſcri
bũt propriis cuiqꝫ geſtis attributis: priorẽ indum uolunt extitiſſe terraqꝫ
ſua ſponte ob ſoli fertilitatem uites ferente ex uua uinum elicere ficus cæ
teroꝝqꝫ arboꝝ curã. Et hoꝝ inſuper comedendoꝝ uſum edocuiſſe eundẽ
quoniam indorum ſit moris per omnem uitam barbam nutrire barbatũ
cognominauerunt. Hic orbẽ cum exercitu perambulans & uitem planta
re & ex racemis uinum torculari ex quo ipſum leneũ appellant educere
mõſtrauit. Plura inſuper ad hoĩum uſum ab eo ad inuenta cauſã ut poſt
mortem pro deo coleretur: Præbuere oſtendi quoqꝫ etiam nũc apud ĩdos
aiunt & locum: in quo ſit ortus dioniſius: & urbes eiuſ nomine ab incoliſ
appellatas. Multaqꝫ præterea alia extare: quæ longum eſſet ſcribere ueſti-
gia illum apud indos natum teſtantia. Secundum ferunt ex Ioue genitũ
proſerpina ut alii ſentiunt ex cerere: quem tradunt tum primum boues
ad aratrum iuxiſſe: cum t̃ra prius manibus hominum coleretur: multaqꝫ
alia inſtrumenta reppeꝛiſſe agrorum culturæ accomodata. Quo mino-
ri labore ruſtici opus facerẽt. His erga homines beneficiis cum eum cenſe
runt immortalem & honores illi & ſacra ut deo ĩſtituta ſunt. Addita fue
re ueluti inſigne quoddam ad picturas eius ſtatuaſqꝫ cornua tum ad
monſtrandam alteram Dioniſii naturam tum hoc prutilem agricolis a-
ratri inuentionem. Tertium ex ioue ac Semele cadmi thebis bœtiæ na-
tum dicunt. Iouem enim ferunt amore illius captum cum ea ſæpius cu-
buiſſe. Iunonem zelo & ira motam ſumpta unius ex ſemelis ancilis for-
ma adulciſcendum iniuriam ſuaſiſſe illi ab ioue petere: ut ea maieſtate ho
noreqꝫ ſecum concuberet: quibus cum iunone conſueſſet. Quod poſtu
latum annuens iupiter cum tonitruo ac fluminæ ad Semelem deſcendit
quæ in ſolitare territa. Expirans aborſa eſt: editum ante tempus filium

iupiter abſconditum in femur cum tenuiſſe. Partus tempore editum in nyſam arabiæ urbem tulit: ubi nyphis educatus infans a patre locoq; appellatus Dionyſius eſt. Hic ſpecie decorus primo inchoreis & mulierum thiaſis ſuma in uoluptate ludoq; nutritus atq; educatus eſt. Tum fœminarum exercitu quas tbyrſis armauit congregato orbem terrarum circuit Eos quipie iuſteq; uiuerent ſacra myſteriaq; docens. Feſtos ꝑterea ubiq; dies publice choros agi & muxicā exerceri artem inſtituit: poſtremo ſedatis inter omnes nationes urbeſq; diſcordiis belliſq; ubiq; ſublatis pacem ſingulis largicus eſt. Ita uulgata tanq̄ præſentis dei fama cum ad uitæ ciuilis cultum homines traduxiſſet: paſſim ei occurētes cū letitia gaudioq; excipiebant. Paucos aūt obſuperbiā impietatemq; ſpernentes eum cū ꝓpter incontinentiā dicerent bacchides ab ipſo circunduci: Cerimonias uero ad myſteria ad corruptelā externaꝝ welieꝝ introducta extēplo pœna affecit. Obdiuinā animi naturā aliquādo plectebat: ipios quandoq; inſanos reddens quādoq; mulieꝝ māibus uiroꝝ mēbra diſcerpens nonnūq̄ militum opera ſibi abuerſātes ultus. Tradidit quoq; bacchidibus ꝓ thyrſo iacula mucronē ferri edera circundante. Quæ tanq̄ muliebria ſpernētes reges eoq; īparatos adortus præter ſpem ſuperauit. Inſignes īter mulctatos ab eo ferunt græcum penthea. Nynum iadorum regem & Ligurgū thracē. Ttradunt enim Dionyſium ex aſia europiam cum exercitu tranſiturum cum ligurgo thracum: qui ſunt ad heleſpontum rege ſocietatem coiſſe. Cum fœminas primum in thraces uelut amicoſ traduxiſſet iuſſiſſe ligurgū noctu millites ſuos Dionyſium aggredi ipſumq; & pellices oēs obtruncari. His per quendam accolam Tharopem nomine cognitis territus Dionyſius cum nōdum tranſfretaſſent millites amicorum: præſidi occulte ad exercitum tranſiit. Ligurgus pellices aggreſſus in loco qui appellatur. Nyſius omnes interemiſſe dicitur. At dionyſius exercitu traducto thracem pugna ſuperatum captumq; priuauit oculiſ domeſticis eiuſ truce aflixis. Tharopi memor beneficii thracum īperium cōceſſit tradito ei orgia celebrandi modo: huic agrus filius ſuccedens & regnū & cerimonias myſteriaque tradita ſuſcepit. Quibus poſtmodum ab orpheo ingenio & eruditione præſtanti percæptis cum nonnulla ad orgia addidiſſet repertas a Dionyſio cerimonias orphea poſteri appellarunt. Pœtatum q dam interq; eos antimachus tradunt non thracum: ſed arabum regē fuiſſe ligurgū: q & Dionyſio & bacchidibus in nyſa arabiæ cū exercitu occurriſſet. At Dionyſius pœna impiis præmio bonis affectis ex indis thebas elephanto uectus peruenit. A triemnio uero iis peregrinatiōibus ex acto græcos inſtituiſſe triateridas tradunt. Ipſum quoq; fabulantur multarū

geſtium ſpoliis onuſtum primum omnium in patria triumphaſſe.Sed
ĩ hoc genere maxime cõueniũt priſci.Diſputãt uero nõ paucas græcarum
urbes ab his fuiſſe conditas.Nam Ilienſes Naſii & qui ciuitates incolunt
liberas inſuper teti aliiq; plures ſuos fuiſſe illos oſtendunt conditores Te
ti quidẽ apud ſe ortum ea tradunt cõiectura:q; etiã adhuc in eorum urbe
certo anni tempore e terra uini fons ſua ſponte fluat ſapore ſuauiſſimo.
Cæteri uero hi quidẽ oſtentant ſuam regionẽ Dionaſio dicatam:hi ere-
cta templa illi ſacraq; olim ſtatuta:poſtremo cũ in pluribus orbis locis il
lius dei meritoꝝ ueſtigia monſtrerentur:haud mirũ eſt multos exiſtimã
re ſuas urbes patriãq; præ cæteris a Dioniſio dilectas.Sentit & pœta no-
biſcũ enumerãs in hymnis eos:qui de ſuo genere ambigunt & ſimul illũ
aſſerens in arabiæ nyſa ortum.Haud uero inſcius ſũ libyæ:quæ ad oceã
num uergit accolas de huius genere differentes.Nyſã & alia quæ de Dio
nyſio feruntur:quoꝝ multa apud eos aiũt permanere ad hoc uſq; tẽpus
ueſtigia apud ſe facta cõtendere.His plures priſci græcorũ ſcriptores pœ
teq; hiq; etiam qui poſtmodum ſecuti ſunt aſſentiuntur.Nos uero ut ni
hil eorum:quæ de Dionyſio comperimus ſcripta õmittatur paucis :quæ
tum a libyis dicta tum a græcis ſcriptoribus præſertim a Dionyſio uete-
ris hyſtoriæ auctore traditã ſunt abſoluemus. Hic enĩ Dionyſii amazo-
nũ argonautaꝝ troianique belli geſta ac plura alia memoriæ prodidit in
uicem conferens & quæ a priſcis pœtis:& quæ ab hiſtoricis narrant̃.Hic
ait primum linum in græcia numeros ac melodiam repperiſſe.Cadmum
ex phœnicia aduexiſſe litteras:primumq; græcam linguam inueniſſe ac
rebus dediſſe nomina.Ad hæc characteribus formã ĩdidiſſe:communiq;
uerbo litteraſ:quoniam ex phœnicia traductæ eſſẽt:appellataſ phœniceas
Sed a pelaſgis qui primi eis litteris uſi ſunt pelaſgas dixere.Lini tum pœ
ſi tum melodia excellentis plures diſcipuli extitere.Horum tres præcipui
habiti.Hercules:Thamyris:Orpheus:Hercules cytharã diſcens cũ inge-
nio eſſet tardo ob eamq; rem uapularet ira motus linũ cythara peremit.
Thamyris natura ad præcipiendum apta muſicam didicit.In qua cum
plurimũ excelleret:dixiſſe illũ aiunt ſuauius ſe q̃ muſas cãtare:quibus ir-
ritatæ uerbis deæ & eum priuarunt muſica & liram abſtulerunt quẽad-
modũ homerus his conſentiens ſcribit.de orpheo ſingulatim referetur :
cum eius opera a nobis ecenſebuntur.Linum tradũt primi dionyſii geſta
litteris pelaſgis edidiſſe:quibus & orpheus uſus eſt ac pronopides home
ri magiſter uir ingenio muſicaq; egregius.Thymitum inſuper Thymiti
laumendontis qui orphei ætate fuit plurimis orbis peragratis locis in li-
byam occidentem uerſus oceanum uſq; cum deſcendiſſet:uidiſſe nyſam

in quã priſci incolæ nutritum dionyſium uolunt: Ibiq; diligenter actis huius dei apud nyſeos perquiſitis compoſuiſſe pœma ferũt quod phrygium nominarit: antiqua lingua & litteris priſcis editum. Aſſerunt præterea Ammonem libyæ partis regem uxorem cæpiſſe rheam cæli filiã Saturni aliorumq; Titanum ſororem qui regnum perambulans iuxta ceraunios montes conſpectam ab ſe uirginem forma pulcherrimã Amaltheã nomine adamauit: filiãq; ex ea genuit ſpecie ac robore corporis inſignẽ. Amalthiã uero propiquæ oræ præfecit bouis cornu ſimili: ex quo occiduum cornu ſit nominata. Et quoniam ea regio eſſet uineis cæteriſq; fructiferis arboribus referta: a muliere aũt regeretur amalthie cornu eam dixere: propterea & poſteri homines optimam copioſamq; fructibus pãtriam ab ea ſimilitudine amalthie cornu appellarunt. Ammon rheam ueritus infantem abſconditum clam in urbem nyſam ab eis locis remotiorẽ transferens inſulam a tritone fluuio circundatam præcipitem ac undiq; abruptam unico difficiliq; aditu quẽ portas nyſias dicunt ubi nutriretur elegit. Eſſe in ea inſulã tradunt terram fœlicem amenis pratis diſtinctam & multis irriguam aquis. Fructus inſuper multiplices & uites ſuapte natura ortas magna ex parte ſuper arbores diffuſas. Salubrem præterea aerem adeo ut illius homines longiori q̃ cæteri ætate uiuant. Inſulæ aditus in tibie modũ fertur adeo denſis arboribus umbroſis: ut ſolis radii penetrare nequeãt. Iuxta aditum undiq; dulces aquarum habentur fontes: qui locus eſt ad habitãdũ ſuauiſſimus. In ea antrum exiſtit rotundum tum magnitudine præcipua: tũ pulchritudĩe: Vndiq; enim præcipitia ſunt in altum ſurgentia diuerſi coloris ſplendiq; lapidibus ut nullus ibi omnino color deſit. Ante aditum natura eſſe arbores mirabili aſpectu aiũt: & has quidem fructus ferentes alias ſemper uirẽtes ut ad uiſus uoluptatem natæ uideantur. In his diuerſæ nidificant aues colore oculos: aures cantu uero oblectantes. Vniuerſus locus eſt non ſolum aſpectu: ſed cantu etiã amenus artis armoniam uoce auium ſuperante: poſt ingreſſum apparet ãtrũ latum ſplendore ſolis lucens. Omnia floribus referta ſunt: ſed præcipue caſſia reliquiſq; rebus: quæ iocundum odorẽ continuo queãt reddere: licet ibi inſuper aſpicere nympharum plura diuerſoria ornata floribus non quidẽ arte. ſed natura cũ omni decore perfecta. In toto antri ambitu neq; flos unq̃ neq; folium defluit: ut neq; oculorum neq; auriũ uoluptas aliquando deſit. In hoc Ammon puerum nutriendum dedit nyſæ ariſtei filiæ. Cui loco ariſteum præfecit uirum ſapientem atq; eruditũ ad euitandas theæ nouercæ inſidias: cuſtodiã filiæ mineruæ permiſit: pauloante hæc tempora circa Tritonum fluuium unde & tritonia dicta eſt genitæ. Scri-

bunt hãc deam per omnẽ uitam uirginitate ſeruata prudentia claruiſſe. Multaſq; cum ingenio præſtaret:ab ea artes repertas belli quoq; exercitio deditam cum robore corporis uigeret multa feciſſe memoratu digna. Alcidamq;:ita enim dicta eſt peremiſſe feram ſtupendam ex terra natam:& antæa ut quæ natura plurimum ignis ex ore euomeret inſupabilẽ pugna ea primum in phrygia apparuit regionẽ quandã cõburens: quæ hucuſq; exuſta phrygia dicta eſt. Deinde ad montem taurum tranſcendens ſiluas continuas uſq; ad indos incendio uaſtauit. Poſtmodũ per mare in phœnicia reuerſa ſiluas libani incendit:perq; ægyptum in libyam profecta ad loca peruenit occidua:poſtremo ſiluis circa ceraunia deſtructis omniq; ĩcenſa patria cum homines partim flãma abſũpti eſſẽt partim timore patriam linquentes ad remotiora diffugerent loca. Mineruam ferunt tũ ſapientia tum fortitudine ac uiribus fretam eam feram necaſſe pellẽ pectori circundediſſe tum ueſtitus tutelæq; corporis gratia tũ ad uirtutis partæq; gloriæ memoriã oſtendendam. At uero alcidæ mater terra cõmota deoꝝ hoſtis gigantes peperit quos poſtmodum Iupiter Mineruæ dionyſiiq; ac cæteroꝝ ope deorum deleuit. Dionyſius in nyſa educatus diſciplinaque eruditus nõ tantũ pulchritudine roboreque excelluit, ſed multaꝝ reꝝ utilium inuentione. Nam adhuc adoleſcens & uinũ ex uuis cũ uites ſua ſponte terra ꝓduxiſſet:exprimi & qui fructuſ poſſẽt exiccari ſeruariq; oſtendit:præterea quæ cuiq; loco ab ſe inuentas arbores plantari expediret ſingulos edocuit:Spe cõcæpta beneficioꝝ erga genus hominum magnitudine ĩmortales ſe honores potituꝝ:ob eius uirtutis ac gloriæ nomẽ fertur Rheam iratã ammoni conatã eſſe dionyſium auferre. Q uod ubi ñ ſucceſſit relicto ammone uerſa ad titanes fratres Saturno fratri nupſit. immortales ſe honores potiturum. vide pag. 11

Q ui rheæ ſuaſu aduerſus Ammonem moto bello acie titanum præſidio ſuperior fuit. Ammonemq; fame coactum ĩ Cretam fugere:ubi curetes regnabant compulit. Ibi regis filiam cretam nomine uxorem cum cæpiſſet regno ſumpto inſulam antæa ideam dictam ab uxoris nomine appellauit. Saturnum tradunt occupatis locis Ammoni ſubditis acerbe ĩperantem dauerſus nyſam dionyſiumq; magno exercitu profectũ. Ille cum ſciret patrẽ Ammonem bello uictum. Titanas uero ſaturno auxiliũ ferre: coactis ex nyſa militibus. Interq; eos ducẽtis tum ſtrenuis tum ſuma erga eum cum his enim nutritus fuerat beniuolentia a libyis atq; amazonibus finitimis:de quibus antæa rettulimus auxilia exciuit. Aſſerunt eas ut pote quæ uirtute uirginitateq; excellerent ad belli ſocietatem aduocaſſe uitæ ſimilis mineruã diuiſo exercitu:ut uiris præeſſet dionyſius: Minerua fœminis cum ĩ exercitum titanoꝝ incidiſſent cõmiſſo certamine mul

tiſq; utrinq; cæſit uulnerato ſaturno uictor dionyſius euaſit. Titanibus ad eas regiones quas de Ammone cæperant cõfugientibus dionyſius ad nyſam urbem cum captiuis reuerſus eſt: ueluti de eis pœnam ſũpturus. Cum armatis militibus eos omnes circundaſſet primũ de titanibus quæſtus omni poſtea captos crimine ſolutos pronuntiauit. Deinde data eligẽdi libertate abire an ſecum militare mallent ſecum omnes ſe fore acclamarunt. Ob datam uero præter ſpem ſalutẽ ut deum uenerati ſunt. Oĩs hos poſtea libato uino iuramento adegit: ut ſecum continuo ĩ bellis uſq; ad extremum pugnarẽt. Cum arma aduerſus Saturnum eſſet moturus proficiſcente ex nyſa exercitu Ariſteũ tradunt eorũ præſidẽ primum omnium & ſacra inſtituiſſe dioniſio: & ei ut deo ſacrificaſſe. Dicunt inſuper ſubſidium ei tuliſſe niſeorũ nobiliores: quos a primo eorũ rege ſileno. Eius autem propter uetuſtatem ignotum eſt genus ſilenos uocant. Is cũ circa lumbos caudam haberet: poſteri quoq; eius naturæ participes idẽ ſignũ geſtarunt. Dioniſius contracto exercitu per loca arida ac deſerta feriſq; ĩfeſta profectus ad zãbirram urbem libyæ peruenit. Ibi feram indigentẽ cãpes nomine multis eius oræ mortalibus pernitioſam peremit. Quæ res magnam ei gloriam penes accolas tulit. Vt aũt ſempiterne occiſæ ab ſe beſtiæ gloria extaret erexit ibi tumulum ingentẽ: qui ad poſteros uſq; perſeuerauit ſuæ uirtutis monumẽtum. Deinde uerſus titanas exercitu moto ea modeſtia iter fecit: ut ſe omnibus incolis humaniſſimũ præberet. Vbiq; oſtẽdẽs ad plectẽdos impios atq; ad beneficia in hominũ genus cõferẽda eã ab ſe ſusceptã expeditionem. Qua ex re moti libii eius cognita uirtute animiq; præſtantia uictũ millitibus affatĩ præbuerunt: ſimulq; eius caſtra ſecuti ſunt. Ad ciuitatẽ deĩde Ammonis appropinquãte exercitu ſaturnus ante urbis mœnia acie inſtructa uictus ciuitatem noctu incendit ea mẽte ut paterna dioniſii regia aſſũmeret: ſumptaq; uxore rhea & amicis quibuſdã aſcitis clam ex urbe profugit. Verum cum uxore captus a dioniſio nequaq̃ illius opera imitante nõ ſolũ cognatiõis gratia pœnã remiſit: ſed & conſolatus eſt: per oẽm eos uitã habens parentum loco. Rhea illum ut filium uiuens dilexit. Saturni ſimulatior fuit beniuolentia: hi per id tempus filium genuerunt quem appellarunt Iouem. Qui a dioniſio ſummo honore habitus uirtute poſtmodum imperiũ omnium gentium adeptus eſt. Cum libyi ante pugnam ei dixiſſẽt: quo tempore Ammon ex regno eiectus eſt incolis prædictum fuiſſe uenturũ eius filium dioniſium: qui recuperato regno orbis imperium poſſideret: deuſq; haberetur: exiſtimans uerum fore uaticinum. Et tẽplo patri & urbe conditis ut deo illi honores impendit quoſdam inſtituens qui habe-

rent diuinātionis curām. Traditur Ammon gāleā in bellis uſus: cuius īſi
gne fuit arietis caput. Sunt q ipſū aſſerāt natura ī utroq; tempore paruula
habuiſſe cornua: Propterea filium eius dioniſiū eodē fuiſſe aſpectu poſte
riſq; traditū deum hunc cornua geſtaſſe. Aedificata urbe ſacriſque īſtitu
tis dionyſio ferunt in primis cum de exercitū oraculū cōſuluiſſet: reſpon
ſum a patre tráditum: q; propter eius ī homines merita īmortalis eēt fu-
turus. Q uare elatus animo primo ī ægyptū exercitum duxit: eique pro-
uinciæ Iouē Saturni Rheæque filium conſtituit regē adhuc ætate pueꝝ
addito ei præfecto olimpo: a quo eruditus & ad uirtutē īſtitutus olimpi-
us eſt cognominatus. Fertur dionyſium ægyptiis oſtendiſſe uites plātare
uinum conficere ac aliorum fructuū uſum. Aucta eius uirtutis fama nul
li ei obſiſtere bello auſi ſponte ſibi parebant. Laudibuſque ac ſacrificiis ut
deum colentes. Hoc pacto orbem aiunt peragraſſe domeſticis arboribus
regiones reddens excultas beneficiaque populis præbens. Vnde honores
perpetuo gratiamq; omnium aſſecutus eſt. His rebus cū de cæteris diis
uarie homines ſentiant ſolum dionyſū īmortalem fixum animo tenent.
Nemo ē enī neq; græcus neque barbarus qui illius beneficiorū gratiæq;
fuerit expers. Nam eos quibus aut patria agreſtis eſſet: aut a uinearum
uſu aliena: poculum ex ordeo conficere docuit paulo inferius uini ſuaui
tate. Ferunt eum ex indis ad mare deſcendentem titanas omnis qui cum
maximis copiis aduerſus Ammonem in cretam trāſfretarāt cæpiſſe. Acri
aduerſus ammonem moto bello Iupiter ex ægypto Dionyſiuſq; ac Mi-
nerua & alii quidam quos deos dicunt in cretam tranſcendentes Ammo
ni ſubſidium tulere. Inito certamine ſupior Dionyſius omnibus titanis ī
terfectis uictoria potituſ eſt. Poſtmodum Ammone Dionyſioq; ex homi
num uita ad immortalitatem tranſlatis Iupiter uniuerſo imperauit or-
bi. Sublatis titanis nulloq; eius imperium turbare auſo. Hæc primi Dio-
nyſii ex Ammone Amaltheaq; nati geſta libyi fuiſſe tradunt. Secundus
ex Io Inachi & Ioue genitus ægypto imperauit initiationeſq; monſtrauit
Tertium Iupiter ex Semele apud gæcos genuit priorum uirtutis imita-
torem. Nam & per omnem orbem exercitum circunduxit: & plura reliqt
trophea ſtatuaſq; ſuarum expeditionum teſtes. Multa īſuper loca cultio
ra plātis arboꝝ reddidit. Mulieres ī militiā uelut ꝓor amazōes duxit. Cir
cā orgia & īitiatiōes multū opæ īpēdit tū uetera ī melius redigēs tū quæ
dā ipſe adīueniēs noua. Cū tēpoꝝ uetuſtate ꝓorum geſta iuētaq; multis
ignota eēnt: ſolus hic eoꝝ q āte ſe fuerāt uirtutē & gloriā tulit. nō aūt ſolū
hoc ei contigit. ſed Herculi quoq;. Duo namq; eodem nomine priores fue
ere. Superiorem Herculem in ægypto natū ferunt magna armis ſubacta

orbis parte in libia columnā poſuiſſe. Secundus cretenſis uirtutē armiſq;
nobilitatus inſtituit olimpicum: & tamen ultimum pauloāte bellum tro
ianum ex alcmena & Ioue ortum magnam orbis partem peragraſſe tra-
dunt Euriſtei imperio parentem. Qui multis functus certaminum labo
ribus columnam in europa erexit. Nominis igitur & rerum geſtarum ſi-
militudo cum defūctus eſſet poſtremus ſuperiorum illi geſta aſcripſit
tanq̄ unus tantū Hercules extitiſſet: plures dioniſios fuiſſe tum ex alii co
nantur oſtendere: tum præcipue ex titanum pugna: qua conſtat Dioniſi
um conta illos Ioui auxilio affuiſſe. Non eīm Titanas Semelis tempora
tulere: neq; cadmus agenoris olimpiis diis antiquior dicendus eſt. Hæc a
libiis de dioniſio tradita. Nos iuxta ordinem a nobis præſcriptum teriū
deſcripſimus librum.

## EXPLICIT LIBER QVARTVS. INCIPIT QVINTVS IN QVO HAEC CONTINENTVR.

Prohemium de his: quæ fabuloſe apud hiſtoricos feruntur: de dioniſio
priapo: hermaphrodito & muſis.
De hercule: & duodecī eius laboribus cæteriſq; ab eo uſq; ad uitæ finem
geſtis. De argonautis: Medea & filiabus pelei.
De pronepotibus herculis.
De Theſeo & eius certaminibus.
De ſeptem regibus: qui ad thebas caſtrametati ſunt.
De proauis eorum.
De neleo: & eius pronepotibus.
De laphitis: & centauris.
De eſculapio: & eius pronepotibus.
De Aſopi filiabus: & æaci liberis.
De pelope: Tantalo: œmonao: & niobe.
De dardano & eius uſq; ad priamum pronepotibus.
De dedalo: Minotauro: & de minois exercitu aduerſus concalum regem.
De ariſteo: daphnide: euridice: & de orione.

AVD SANE nos fugit ueruſtārum rerum cognitionem
ſcriptoribus ut multis labantur contingere: Nam & anti
quiora illa paulum ſub obſcuram ambiguitatem præbet
ſcribentibus: & temporū deſcriptio haud facilis cognitu
quandoq; detrahit legentibus fidem. Heroum præterea

ſemideorumq; ac cæterorum uirorum multiplex ac uarium genu nõ ſa-
tis exquiſite explicari poteſt: accidit inſuper quod omnium eſt difficili-
mum ut de antiquorum geſtis fabuliſq; ſcriptores inter ſe admodũ diſ-
ſentiant. Qua moti re nobiliores qui poſtmodũ ſecuti ſunt hiſtorici om
miſſis prioꝝ fabulis ad recentiores ſe hiſtorias contulere. Ephorus quip-
pe Cymeus Socratis diſcipulus hiſtoriam ſcripturus ueteribus præter
miſſis rebus ab heraclidarum tempore narrandi ex ordium cæpit Calli-
ſthenes ac Theopompus: quos eadem tulit ætas priſca illa minime atti
gerunt. Nos ſecus arbitrati onus ſumpſimus priſcas res oĩs litteris man-
dandi. Maxima enim plurimaq; heroum ſemideorumq; tum alioꝝ excel
lẽtiũ uirorum meritis quorum a poſteris ſemideorum heroũq; honores
ac ſacra ĩpenſa ſunt egregia facinora extiterunt. Qui tamen omnes hiſto
riæ munere laude ſẽpiterna celebrati ſunt. Nos quippe tribus ſupioribus
libris externarum gentium: quæ ue de diis feruntur. Loca inſuper ſingula
& quæ in eis fere aliaq; animantia ac cætera memoratu digna admiran
da ue haberentur rettulimus. Hoc aũt libro: quæ a græcis de heroibus ſe
mideiſq;: quos priſca celebrauit ætas tradita ſunt: deq; præclaris eorũ bel
lo geſtis complectemur. His adiicientes quæ ab illis pace ad utilitatem
cultumq; hominum adinuenta: quæ ue ſancita legibus fuere. Initium ue
ro a Dioniſio ſumetur: quem imprimis antiquum fuiſſe conſtat ac maxi-
mis beneficiis uitæ mortalium profuiſſe dictum eſt ſuperius a nobis bar
baros quoſdam huius ſibi dei genus uendicare. Nam ægyptii deum ſu-
um oſiridem eum eſſe affirmant: quem græci Dioniſium uocat. Hunc uo-
lunt omnem circuiſſe orbem uini repertorem: cum uites plantare docue-
rit. Quo facto communi gentium omnium conſenſu ſit illi immortali
tas tributa: Indi quoq; hunc apud ſe natum ferunt: uiniq; uſum ab eo ho
minibus traditum. E quibus licet antæa ſingulatim explicuerimus. Nunc
tamen quæ græci de hoc ſcribant deo minime uiſa ſunt ommittenda.
Cadmum agenoris tradunt ex phœnicia ad perueſtigandam europam a
rege ea lege miſſum: ut aut uirginem ſecum reduceret: aut in phœniciam
non rediret. Cum diutius quæſitam ab ſe uirginem non inueniret poſt
poſita patria in boetiam perueniſſe. Vbi cum reſponſo oraculi thebas cõ
didiſſet. Armoniam poſtmodum ueneris filiam in uxorem ſumpſiſſe: ex
qua Semelem. Ino, Autonoem: agauem ac polydorum genuerit. Seme-
lem Iupiter ob pulchritudinem ĩ forma hominis cognouit. Quod exi
ſtimans ab Ioue in ſui contemptum agi rogauit ut ſecum prout cum Iu
none aſſueuerat coiret: Iupiter dei magieſtate aſſumpta cum tõitribus ac
fulgure ad eam deſcendit. At illa prægnans: cum neque fulguris neq;

ſonitrus uim ferre poſſet:filium ab orſa igne expirauit. Infantem Iupiter
Mercurio dedit ad antrum nyſæ:quod inter phœniciam: nilumque eſt :
deferendum a nymphiſqꝫ omni ſtudio curaque educandum. Vnde ab
Dionisius [illegible] ioue nyſaque Dioniſium dixerunt:quod etiam homerus ĩ hymnis teſtat̃
inquiens:eſt niſa ſupra montem floridum ſilua procul a phœnicia ferme
ægipto fluente. Nutritum a nimphis aiunt. Vini:uineæqꝫ extitiſſe aucto
rem. Orbem quoqꝫ ferme deambulantem multas regiones rediddiſſe do
meſticas:ac propterea maximis apud omnes honoribus celebratum. Do
cuiſſe eos inſuper quorum regio uites ferre non poſſet:potum ex ordeo
conficere:quem nonnulli zitum dicunt:paulum a uini ſapore differentẽ
Exercitum quoqꝫ ſecum non tantum uirorum:ſed etiam mulierum circũ
ducens nepharios homines atqꝫ iniquos merita mulctauit pœna:in boe-
tia iuſſit. In gratiã patriæ omnes urbes liberas eſſe ciuitate ſui nominis cõ
dita:quam & liberam pronuntiauit. In indiam cum exercitu tranſcendẽs
triennio poſt multis cum ſpoliis in bœtiam rediit. Primus omnium tri-
umphauit elephato indico uectus. Bœtii cæteriqꝫ græci thraces quoqꝫ in
memoriam indicæ expeditionis ſacra triaterica ſibi inſtituerunt. Vnde
& in multis græcis urbibus triennio bacchides mulieres conueniũt:apud
quas de more uirgines thirſum ferunt in honorem dei bacchantes. Eiqꝫ
percætus ſacrificantes. Poſtremo memoriam menadum quæ feruntur il-
li deo aſtitiſſe:hymnis & cantu renouant. Subſtulit & omnes impios :
qui in orbe erant. Sed maxime pentheum ac ligurgum. Vini inuentio tũ
propter potus uoluptatem:tum quia corpus reddit ualidius grata ſupra
modum mortalibus fuit. Aiunt cum putum in cœnis uinum datur:om-
nes deum ſoſpitem optare bibenti. Cum uero poſt cenã aqua mixtum ſu
mitur:Iouem uocari ſaluatorem. Nam puri uini potus ad inſaniam redi
git. Aqua iouis mixtus uoluptatem letitiamqꝫ affert:& prohibet inſani-
am. Ferunt in deos rerum ab ſe inuentarum meritis maxime Dioniſium
ac Cererem ab hominibus coli. Alterum ſuauiſſimi potus auctorem: alte
ram ob fruges ab ſe repertas. Traditur quoque & alter multa prior æta-
te fuiſſe Dioniſius Q uem aiunt ex ioue & proſerpina natum a nonnul-
liſqꝫ appellatum Saebaſis. Huius genus ſacra honoreſqꝫ propter pu
dorem nocturna occultaqꝫ agunt. Dicitur propter ingenii acumen
primus boues ad iugum iunxiſſe:eorum quæ opera frugem iacta ſemina
reddidiſſe. Q ua ex re illum cornibus finxerunt. Ex ſemele uero natum
poſteriorem ferunt deliciis deditum molli corpore ac præ cæteris decore
uoluptatibus inſuper uenereis indulgentem in exercitu mulierum copi-
am circunduxiſſe armatam haſtis thirſo inuolutis. Tradunt & muſas uir

gines cum eo profectas apprime eruditas. His tum propter cantus ſuaui tatem tum quia doctæ pſalere boniſq; artibus eruditæ erãt deus ille ob lectabat. Secutus eſt ipſũ. Silenus quoque pedagogus ac nutritor optimorumque inſtitutor ſtudiorum qui plurimum Dioniſio ad uirtutem ac gloriam reſque bellicas profuit. Armis bellicis ĩ pugna utebatur & par dalorum pellibus pacis tempore in ſolemnitatibus diebuſq; feſtis ueſtes floridas molles ac delicatas induebat. Si quando ex potu bibentis caput agitaret: mitrã caput aligabat. unde & mitriphoros dictus eſt. Reges poſteri pro mitra caput diademate uinciri ſunt ſoliti. Aiunt inſuper dimytora uocatum: quoniã ex uno patre duo ſint orti diõiſii & matribus dua bus. Verum poſteriori prioris aſcripta ſunt geſta. Quapropter qui poſt modum ſecuti ſunt ueritatis ignari nominiſq; ducti ſimilitudine unicũ extitiſſe dioniſium crediderũt. Atticam quoq; ex hiuſmodi tribuũt ei cau ſa. Cum nouiter reperto uino nondum aquam infundere conſueſſent: in amicorum epulis ac feſtis diebus uinum purum ad uoluptatem potã tes ebrii reddebantur. Qua ex re ligneis baculis: quos geſtabant: alteri al teros percutientes. plurimos uulnerabant. Quidam perbant ex uulnere Vt eiuſmodi certamina prohiberentur: dioniſius: ut modico uino utq; ꝓ fuſtibus ligneis ferulis uterentur: edixit. Plurima ei cognomina ab rebus quas ægit ſunt ab hominibus indita. Nam alii bacchum a mulieribus: quæ bacchantes illum ſequebantur dixere: alii atorculari: quo uinum ex primitur leneum. Quidam bromium a tonitru: qui in eius ortu contigit: pingenius inſuper ex eadem appellatur cauſa. Quĩ etiam triumphator dicitur: q; primus omnium de indis multis cum ſpoliis in patriam reuerſus triumphauit. Aliis quoq; cognominibus: quæ longum eſſet recenſere & alienum ab hiſtoria: uocitatus eſt. Duplici eſſe uidetur forma quoniam duo Dioniſii extiterunt. Primus barba promiſſa antiquo more barbam nutrientium fuit. Specioſior poſterior iuuenis: & ut fertur: delitioſus. Quidam duplicem formam illi tributam uolũt: quoniam ebrietas & iracundos efficiat & hylares. Satiros etiam: quorum opera in pſaltatione ac tragœdiis oblectabatur ſecum tradunt duxiſſe: & muſarum quidem optimis inſtitutis: Satirorum uero riſu ac ioco Dioniſius uitam omnem fœlicem traducebat. Scenicœ prætereа artis ac theatrorum inuentorem. Et muſicæ certaminum inſtitorem uolunt: omnes etiam qui in exercitu muſicis exercerentur fecit immunes: quod & poſteri inſtar Dioniſii ſeruarunt. Omnes enim muſicæ operam dantes immunitate potiti ſunt. Et de dioniſio ne modum excedat oratio actenus: Nunc quæ de priapo traduntur. Sunt enim Dioniſii rebus contigua ſe

Primus omnium Dioniſius triumphabit de indijs.

infert ſcribendi locus. Fabulantur antiqui filium dionyſii ac ueneris pria
pum fuiſſe: ducti uero ſatis ſimili coniectura: q; qui uino indulgeant ſūt
natura ad uenerem promptiores: aſſerunt nōnulli priſcos illos cum uellēt
hoīum pudenda occultius nominare priapum dixiſſe: alii genitalia dicūt
cauſam eſſe hominum generationis: proptereaq; ſemp extitiſſe īmortali
honore celebrata. Aegypti de priapo ſcribentes: olim titanas aiunt oſiride
ab ſe dolis īterfecto corpus eius in æquas partes diuiſiſſe: Iiiſq; domo clā
elatis partē pudendā in flumen cū ſinguli eam reſpuerent abieciſſe. Iſidē
poſtmodum ultam uiri mortē titanibus occiſis uiri corpus inquiſiſſe:
parteſq; repertas cum in formā hominis cōpoſuiſſet ſacerdotibus tradi-
diſſe ſepeliendas: utq; ueluti deum Oſiridē colerent imperaſſe. Sola pu-
denda non reperta pro deo coli: inq; templo ſupendi iuſſit. Hæc de pria-
pi genere: deq; eius honore ab antiquis ægyptiis traduntur. Hunc deum
quidam Thyphalum alii typhonem nominant. Non ſolū aūt in urbium
tēplis: ſed in agreſtibus quoq; locis tanq̄ uineaꝝ atq; ortoꝝ cuſtos colitur
fructuū fures caſtigās. Nō ſolū aūt in cerimoniis q̄ dioniſio impendunt
ſed & in reliquis ferme aliis huic deo ſacra cū riſu & ludo fiunt. Simili or
tu fuiſſe quidā exiſtimant hermaphroditum: quē ex mercurio ac uenere
genitum utriuſq; parentis nomē cæpiſſe ferunt. Hunc deum eſſe opinan
tur promiſcua uiri ac fœminæ natura: fuiſſe quo & ſpecie mollitieq; cor-
poris fœminæ ſimilē & opera exercuiſſe uiri. Q uidā eiuſmodi partus aſ
ſerunt naturæ monſtra: quæ raro fiant: atq; aliquid tum bonū tū malum
portēdat. Q uoniam uero muſaꝝ in dioniſii geſtis meminimus uidetur
nunc de his diligentius ſcribendi tempus: plurimi & hi præſertim: qui
probantur ſcriptores tradunt: eas iouis & memoriæ filias: pauci ex pœtis
in quibus eſt alcmenon filias eſſe cæli ac terræ aiūt. In numero quoq; diſ
ſentiunt: nam quidā tres: alii nouem aſſerūt extitiſſe. Verum nouem nu
merus inualuit: his comprobantibus qui habiti ſūt: homeꝝ dico atq; he
ſiodum cæteroſq; eiuſcemodi cæteris præſtantiores. Homerus enim ait
muſas nouem eſſe pulchritudine eximia. Heſiodus etiam recenſet noīa:
Clio: Euterpe: thalia: Melpomene: Terpſicore: Erato: Polimīa: Vrania: Cal
liope: quæ omnibus eſt nobilior: Harum cuilibet ſua officia tribuunt eo-
rum quæ ad muſicæ artem ſpectant. Veluti pœticam melodiam ſaltatio
nem choreas aſtrologiam reliquaſq; doctrinas: plures aſſerunt eas fuiſſe
uirgines: quoniam uirtutis diſciplina incompta eſſe uideatur. Muſas eo
uolunt cognominatas: q; homines bona utiliaque docent: & quæ ab ido
ctis ignorantur. Nomina cuiq; a proprio munere tribuerunt: Nam clio
propter gloriam quæ ex pœtarum laudibus oritur dictam uolunt. Eu-

De Muſis, et earum numero, et nomine.

ſerpem propter uoluptatem quæ ab audientibus ex honeſti eruditione ꝑ cipitur. Taliam ꝙ in longum tempus pœtarum laus parta uireſcat. Melpomenē a melodia: qua audientes demulceantur. Terpſicorem eo ꝙ audientes oblectat propter bona quæ proueniunt ex doctrina. Erato ꝙ docti homines ab omnibus amentur. Polimniam: quoniam cantus ſuauitate pœtas reddit gloria immortales. Vraniam ꝙ uiros eruditos ad cælū tollat. Gloria enim ac ſapientia eleuat animos ad cæleſtium contemplationē Calliopem ꝙ cantus ſuauitate cæteras antecedens magni ab auditoribus extimetur. Poſteaq̄ de muſis rettuli: nunc geſta herculis recenſeamus. Neq; uero me latet magna in difficultate uerſari: tum ueterum rerum: tum præcipue operum herculis ſcriptores. Ea enim fuiſſe amplitudine ſinguli fatentur: ut omnium quæ memoria hominum complexa eſt geſta ſuperare uideatur. Difficile quippe eſt pro dignitate rerum eius acta ſcribere. atq; ea: quæ tanta magnitudine extitere: ut immortale præmium mereantur æqua factis oratione proſequi. Nam cum propter uetuſtatem admirationemq; rerum multi haud facile crederent ſcribentibus: neceſſe fuit in his: quæ maxima habebantur prætermittere quædam: ne omīa ſcribendo hiſtoriæ parum fidei haberetur. Nonnulli enim legentium haud recto iudicio uſi nimis exquiſite antiquas res ex his: quæ nunc geruntur perpendunt exiſtimantes herculis uirtutē ex noſtroꝝ hominū imbecillitate. Ita rerum geſtarum nimia magnitudine moti haud quaq̄ hiſtoricis crediderunt. Verum in priſcis illis rebus ac fabulis ſimilibus non omnīo ad quadrum ueritas perueſtiganda eſt. Et enim in theatris licet ſciamus Minotaurum forma qua fertur minime extitiſſe: ne tricorporem gerionē tamē pro ueris eas fabulas ducimus: fauoreq; eius dei honores augemus Et ſane per iniquum uidetur: cum hercules: dum uixit orbis mōſtra ſuo labore perdomuerit homines tātorum beneficiorum īmēores eius laudi claris operibus partæ calumniando detrahere. Cumq; poſteri propter ipſius uirtutis excellentiam cōmuni omnium conſenſu immortalitatem illi tribuerint Nos neq; traditā quoq; a pātribus erga illum deum pietatē ſeruare. Verum his poſt habitis opera eius ab initio exponemus tū pœtarum tum ſcriptorum antiquiſſimos imitati. Ex danaæ acriſii ac ioue natum perſea ferūt. Ex eo andromedaq; cephei lectrionem. Is deinceps ſumptā euridice pelopis Alcmēam procreauit. Hanc dolo iupiter cum cognouiſſet herculem genuit. Hoc pacto herculis parentum genus ad maximū referunt deorum: eius uirtutem non ſolum ex operibus ſpectare licet: ſed etiam ex genere. Iouem enim ferunt tres noctes in unām redactās alcmenæ operam dediſſe maximum futuri coloris iudicium. Tantum tem-

poris in eo puero creãdo impẽſum. Quód non ãmoris cupiditãte, put in aliis mulieribus cõtigit factum eſt: ſed pueri gignendi gratia. Itaq; nolens ui Alcmenã agredi: neq; fidẽs poſſe illi coitum ob eius prudentiam perſuadere dolo mulierem aggreſſus eſt. Amphitrionis forma aſſumpta Aduenieпte partus tẽpore iouẽ diis aſtantibus prædixiſſe ferunt: ea die puerų: qui naſceretur ſe perſidorų regẽ facturų. Quibus uerbis mota Iuno lucinam filiam iuſſit comprimere alcmenæ partum: Euriſteum ãte tẽpus ĩ lucẽ educere. Iupiter licet cõſilio fruſtratus quod prædixerat ratum & herculis famam: claram eſſe uolens: dixiſſe iunoni ferunt permittere ſe Euriſteum: ut predixerat regem eſſe: herculemq; ei ſubici uelle duodecim quoq; certamina ab eo perfici: quæ Euriſteus mandaſſet. Quibus cõſumatis fieret ĩmortalis. Alcmena poſt partum iunonẽ uerita puerum in loco expoſuitiquẽ nunc ab eo herculeum campum dicunt. Quo tempore minerua una cum iunone profecta cũ ĩfantis naturam admiraretur iunoni ſuaſit: ut illi mãmam præberet. Qua præter ætatẽ uiolentius ſumpta iuno dolore mota puerum abiecit. Minerua illum matri detulit nutriendũ. Mirabitur merito quis rem deſuetã accidiſſe: ut mater: quã ad filiorų amorẽ natura compellit ex ſe natum perditum iret nouerca: quæ natura odiſſe priuignos ſolet: ignorãs ſaluare infantẽ: iuno deinceps duos dracones ad perdẽdum miſit puerũ: quos ille utraq; manu faucibus apprẽſſos ſtrangulauit. Vde illum argiui: quoniam iunonis opera gloriã eſſet adeptus: cum antæa alceus uocaretur iracleum dixere. Reliquis imponuntur a parentibus nomina: huic ſoli uirtus nomen dedit: interim Amphitriõ ex tirintho pulſus thebas cõceſſit. Hercules antæa educatus optimæ certaminum quoq; exercitio deditus: & corporis robore excelluit & animi uirtute. Adhuc ephebus primum ad liberandas e ſeruitute thebas opam impẽdit tanq̃ patriæ gratias redditurus. Erant ſubditi thebani Erigino miniorum regi ſuperbe ab eis annis ſingulis certum tributũ exigenti. Sed minime ueritus imperantium uires rem agreſſus eſt memoria dignam. Oẽs qui ad exigẽda tributã miſſi erant male mulctatos e ciuitate expulit Erigino eius rei auctorem dare ſibi poſtulante chreon thebanorum rex illius potentia territus partus erat ſeditionis tradere auctorem. At hercules comparatam adoleſcẽtium manum ad libertatem patriæ cohortatus arma ex deorum templis: progenitorum ſpolia diis affixa ad belli uſum deprompſit. Nulla enim priuatim in urbe erant arma: ſed ſinguli regis edicto: ne deſciſcerent adempta. Audiẽs poſtmodum hercules Eriginum cum exercitu appropinquare urbi obuiam cum millitibus egreſſus ĩ quodam anguſto aditu ubi pãucis pugnandi locuſ erat regem adortus: prælio

uictū occidit:oī illius exercitu deleto ex tēploq; ciuitatē orchomeuiorum
captam minioꝝ prius incenſa regia euertit. Ad quarum rerum famā per
uniuerſam græciam diſperſam ſtupentibua omnibus creon rex admira-
tus adoleſcentis uirtutem filiam illi Megaram nuptui deſpondit: urbis
ueluti filio curam permiſit. Euriſteus habens argis regnum nota hercu-
lis fama eum ad perficienda certamina arceſſit. Renuentem iuſſit iupiter
Euriſteo obtemperare. At is delphos adiens conſulto ſuper his deo re-
ſponſum tulit ab diis iniūctum eſſe:ut Euriſtei iuſſu duodecim certāmi
na perficeret:quibus tranſactis immortalitate potiretur. Ea ex re haud pā
rum eſt commotus animo hercules. Nam & ſua indignum uirtute uide
batur humiliori ſeruire:& ioui & patri nō obtemperare:tū in utile:tū im-
poſſibile ducebat. Hac anxietate perplexo animo iuno rabiē iniecit:Iraq;
in inſaniā ā mentiamq; uerſum Iolaum occidere uoluit. Quo fugiente
filios:qui prope Megaram hâbitabant ſagittis uelut hoſtes appetiit. Pau
latim habſcedente dēmētia præteritum recognoſcens facinus doluit ex
tanta calamitate. Cum ſinguli unā eius malo moererent diu quieuit do-
mi fugiens hominum conſortia & conſolationes. Tandem tempore do-
lorē mitigante paratus ad ſubeunda pericula ad euriſteum euenit. A quo
primum imperatus eſt nemei leonis interficiundi labor. Hic præter mo-
dum ingens:& qui.neq; ferro:neq; ære:neq; lapide uulnerari poſſet ma-
nibus neceſſario erat occidendus. Verſabatur his maxime inter. Micenaſ
ac nemeam ſiluam circa montem:quem a caſu tritonem dixerūt. Huius
in radicibus aderat ſpelunca ad quam diuertebat belua. Hertules cū ad
locum acceſſiſſet refugientem in ſpeluncam inſecutus feram alterō adi-
tus ore obturato manibus leonem compræhenſum ſuffocauit. Detractā
pellem corpori tegumentum ad futura pericula circundedit. Secundū ei
certamen additum fuit:interitus hydræ lerneæ:ex cuius corpore centum
prodibant ſerpentum capite ceruices. Quarum ſingulis cæſis duæ rena
ſcebantur:ob eam que rem minime uinci uidebatur poſſe:cum pars am-
putata ualidior redderetur. Hanc difficultatem arte ſuperans Iolaum mo
nuit:ut eueſtigio inciſam ceruicē face lignea:ne efflueret ſanguis inureret
Hoc pacto ſuperata belua ſagittas ſuas eius ſanguine tinxit:quo illarum
uulnus mortiferū redderetur. Tertius extitit labor datus:ut aprū eriman
theū archadiæ uaſtantem agros uiuum afferret. Quod mandatum ad-
modū difficile uiſū eſt. Oportebat enim cum eo pugnantē adeo uiribus
ualidum animoq; prouidum eſſe:ut in beſtiæ congreſſu caueret ne elapſa
manibus dentium diſcrimē ſubiret neue ui perimeret arctius cōſtrictam
Hoc arduum factu cenſebat:ſed ea prudentia certauit:ut beſtiā uiuā ſup

humeros ad Euriſteũ afferret. Q uã cõſpectã timore ductus rex in æreo
ſe uaſe abſcondit. His actis hercules centauros ob hanc cauſam expugna
uit: pholus erat centaurus: a quo propinquus mons dictus eſt. Hic hoſpi
tem herculem cum domi ſuſcepiſſet defoſſum antea uini dolium extulit:
Hoc tradunt cuidam centauro olim a Dioniſio datum: imperatumq; ut
tunc uinum proferret: cum adeſſet hercules. Q uarta poſtmodum proge
nie ſolum uerborum Dionyſii memorem uini dolium aiunt ob Hercu-
lis honorem reſeraſſe: Verum eius odor tũ uetuſtate uini: tum uirtute in
gẽs ad ꝓpinquos cẽtauros delatus ebrios reddidit. Vna igiť domũ pholi
magno ingreſſi tumultu ad rapinam uerſi ſunt: pholus timens cum ſe ab
ſcondiſſet: ſolus hercules illis obſtitit. Pugnandum erãt cũ his qui ex ma
tre dii erant: quibus equorum uelocitas robur biformis corporis homi-
num prudentia ineſſet: centauri pars tædis ab radice auulſis: pars magnis
ſaxis quidam accenſis facibus: alii ſecuribus ingentibus certabant. Hercu
les intrepidus prodignitate ab ſe geſtorum pugnam ſubiit. Iuuit in hoc
eos bello mater nebula maximum hymbrem infundens qui haud nocu
it quadrupedibus: hominibus uero ſolum lubricum fecit. Hoc auxilio
fultos centauros hercules tamen ſuperior multis eoꝝ peremptis: reliquos
in fugam uertit. Ex defunctis clariores erãt: Daphnis: Argeus: Amphiõ:
Hippotion: Orios: Iſoples: Malanchetes: Tereus: Derpos: phrixus. Q ui
uero aufugerant meritam deinceps pœnam dedere. Omados: qui in ar-
chadia alcinoi heuriſtei ſorori uim attulerat: peremptus eſt. Q ua ĩ re her
culis uirtutem admirati omnes ſunt: qui & illum ut hoſtem priuatĩ odit
& iniuriam ſit mulieris ultus: uerum cum pholus centauros qui in pugna
ceciderant ut cognatos ſepeliret: contigit ut ſagitta a quodam euulſa ſe ip
ſum feriret. quo uulnere cum curari nequiret obiit. hunc hercules magni
gnifice ſepeliit ſub monte: quæ res ei glorioſior omni columna cecidit.
Abipſo enim mons abſq; alio epigrammate pholos cognominantur. Nã
montis cognomen: qui pholos dicitur non epigramma aliquod ſepulti
nomen rapræſentat. Eodem modo & chyronem arte medicinæ præditũ
inuitus ſagitta occidit. Deinceps mandatum herculi eſt. ut aureis corni-
bus ceruã uelocitate eximiam captã adduceret. hoc certamen abſoluit ĩge
nio. quod non inutilius habetur corporis uiribus. hanc retibus quidam
captam aiunt. Alii indagine abſque labore depræhenſam eſſe dormien-
tem. Nonnulli continua feſſam in perſecutione eſſe captã uolũt. Q uod
certamen non ui aut periculo eſt: ſed ingenio conſumatum. Cum manda
tum præterea herculi eſſet: ut aues. Ex ſtimphalida palude pelleret: arte ac
prudentia facile iniunctum laborem perfecit. Expulſis auibus quæ innu

merã multitudine etiam finitimarum regionũm fructus uaſtabant. Vi
ſuperari non poterant:propter ingentem numerum.ingenio opus erat.
Tabulam ergo æneam parauit:quæ repercuſſa ingenti ſonitu uolucres
timorem ad fugam compulit longinquam. Qua ex re paludem ab aui
um moleſtia exemit. Poſt hæc in herculis contemptum præcepit. Euriſte
us:ut aulam egei nemine iuuante purgaret. Hæc per multos annos con-
tractis ſordibus fimoq; repleta erat. At ille ad effugiendam contumeliam
humeris aulam mundare horruit. Sed pigniõe flumine ſuper inducto
curſu eius aulam purgauit abſq; ignominia una die opere perfecto. Mi-
randa profecto herculis prudentia:qui quod per ignominiam ſuperbe im
peratum erat:in laudem uertens nil indignum egit immortalitate. Suſce-
ſcepit deinde onus tauri ex creta:quem paſiphæ amabat deducendi. Eo
in inſulam nauigans minois regis auxilio taurum in peloponneſum lon
gum profecto maris iter deduxit. His actis olimpicum inſtituit certamẽ
locum optimum exiſtimans ad tantos hominum conuentus campos
iuxta alpheum flumen ſitos. Ibi hæc certamina ioui patri dedicauit coro
natus. Quoniam & ipſe quoq; bene de hominum genere abſq; præmio
eſſet meritus. Ea uero certamina quaq̃ inuicem diuerſa abſq; pugna euicit
nullo propter ſingularem eius uirtutem ſecum cõgredi auſo. Nam pugi-
les aut panchratiaſtes ſuperare eos qui in ſtadio certant difficile eſt. Ar-
duum item eſt illos:qui leuibus certaminibus excellant:cum his qui ĩ gra
uioribus uerſati ſunt contendere. Merito igitur omnium hoc ab hercule
inſtitutũ certamẽ habetur præſtantiſſimum:quod ab optimo uiro princi
pium ſumpſit. Non uidetur autem dona ommittenda a diis Herculi ob
uirtutem tributa. Nam cum ex belli laboribus ad requiem ſe ac hominũ
cætus dieſque feſtos contuliſſet deus quilibet ſuis eum muneribus orna-
uit:pallas peplum:clauam ac thoracem uulcanus dedit:uterq; inſigne ſuæ
artis opus. Nã altera rem ad uſum pacis uoluptatemq; conceſſerat:alter
ad belli pericula euitanda. Neptumnus inſuper equos donauit. Mecuri-
us enſem. Apollo arcum:quo & uti docuit. Ceres ad expiandam centau-
rum cædem:quædam parua myſteria celebrare monſtrauit. Rem præci-
puam circa huius dei genus licet aduertere. Iupiter primam mortalem fœ
minam niobem phoronei cognouit. Vltimam ſemelem:quam ſextamde
cimam a Nyobe ſcriptores genitam tradunt:a cuius primum maioribus
gignere homines cæpit in eaq; ipſa deſiit. Poſt hanc nullius appetiit con
cubitum mortalis neminem ſperans huic ſimilem fore nolenſq; meliori
bus immiſcere deteriora:poſtea circa inſulam palenem gigantibus bello
celeſtes laceſſentibus hercules pro diis pugnans multis ex hoſtibus in-

terfectis maximãm gloriãm ãdeptus eſt. Iupiter eos: qui ſibi áſtiterant
deos tantum olypios apellauit:ut hoc cognominis honore bonus a mã-
lo internoſceretur. Eodẽ quoq; cognomine ſolum Dionyſium herculẽq;
ex mortalibus fœminis ortos dignatus eſt:non ſolũ quia ab ſe nati erãt
ſed propter parem uirtutis emulationem:cum uterq; multis mortales be
neficiis affeciſſet. Iupiter prometheum:qui hominibus ignem dederat ui
clis alligauit aquila prope poſita:quæ illius iecur depaſceretur. Hanc her
cules illius miſeratus pœnam:qui ob beneficium hominibus impen-
ſum plectebatur ſagitta peremit. Iouiſq; iram mitigans benefactorum ſo-
cium exemit a cruciatu. Labor deinceps eſt ei iniunctus diomedis thracis
equos deducendi. Erãt equorum præſepia ob equorum feritatem ærea:
ferreis cathenis equi uiribus præualidis uincebantur. Cibis alebantur nõ
his:quos terra ferat:ſed hoſpitum eo diuertentium carnibus: hos cupi
ens hercules abducere primo diomedem cæpit:deditq; ſuo exẽplo equis
comedendum. Manſuetiores deinde factos ad ſeq; adductos Euriſteus
iunoni ſacrauit. Q uorum genus uſq; ad macedonem alexandrum per-
manſit. Cum iaſone poſtmodum ad uellus aureum rapiendum nauiga
uit in cholchos:ſed de argonautis poſterius dicetur. Acceptis inſuper ab
euriſteo mandatis hercules:ut cingulum hyppolytæ amazonis afferet:
aduerſus eam cum exercitu profectus:ad euxinũ pontum nauigauit. Ac
per hoſtia termodontis fluuii ingreſſus prope Themiſcyram:ubi amazo
num regiá erat:caſtra poſuit. Primo cingulum ab eis poſtulat:ſed ubi re-
nuentes intellexit:armis agendum cenſuit. Amazonibus exercitui hercu-
lis oppoſitis quæ nobiliores bello erant:herculem ſolum acri certamine
appetiuere. Et primum Aella:quæ ex uelocitate id nomen traxerãt. cum
uelociorem ſe reperiſſet pugnans occubuit. Secunda philippis e ueſtigio
in primo congreſſu unico uulnere cecidit. Poſt hanc parthoes:quam ſep
ties ex prouocatione hoſtem ſuperaſſe aiebant inita pugna eſt interẽpta
Q uartam deinceps Eribiam:quæ bellicis rebus expertam fortitudiẽm
præſe ferens aliorum ãuxilium renuebat:opinione deceptam cum for-
tiorem offendiſſet hercules interfecit. De hinc celeuo Euribia phoebes Ar
temis uenatrix ab eo peremptæ. poſt hás deianiram Aſteriam Marpem
Thermeſſam Adippem deuicit. Q uæ cum uirginitatẽ ſeruare iuraſſet
iuſiurandũ ſeruabit. Vitam nequaq̃ ſaluare potuit. Menalippe quæ ama
zonibus præerat præcipua excellens fortitudine imperium abiecit. Her-
cules clarioribus ſublatis multitudinem in fugam uerſam iſecutus ama
zonum gentem deleuit. Ex captiuis Anthiopem theſeo largitus eſt. Me-
nalippe ſublato baltheo ſalutem dedit. Decimus deinceps labor. ab Euri-

ſteo herculi iniūctus:ut gerionis boues:qui in hyberia loca uerſus oceanum ſita paſcebātur ad ſe deduceret. Hercules ſciens hunc laborem magni difficiliſq; eſſe certaminis:exercitum præparauit huic aptum expeditioni. Vulgata erat per orbē fama chryſeū:hoc enim a diuitiis nomen traxerat:qui uniuerſæ hyberiæ imperaret tres habere propugnatores filios tum robore corporis:tum armis egregios. Exercitū præterea cuilibet fortiſſimorum militum eſſe. Quarum rerum gratia motus Euriſteus exiſtimans eam fore difficilem expugnationem hoc herculi certamen īdixit At ille priorum ab ſe geſtorum memor fidēter id periculum adiens exercitum incretá coegit:exiſtimans inde facile ſe copias traducturum. Optime enim ſita inſula eſt:ex qua in uniuerſum orbē exercitus educi poſſit. Verum antæa herculi cretenſes cumulatiſſimos honores impenderant: q̄bus ductus in horum gratiam omnem feris beluis inſulam ita purgauit: ut nullum agreſtius animal in ea deinceps neq; urſus:neq; lupus:neq; ſerpens:neq; aliud quid ſimile ſit repertum. Hæc ideo merita in inſulam cōtulit:q̄ iupiter ibi natus altuſq; fuerit. Ex ea igitur in libyam nauigans. Antheum primo corporis robore ac paleſtra præclarum, multos enim externos ſecum certamine congreſſos occiderat:ad pugnam prouocatum p̄emit. Tum in libya feris beluis plena nonnullas quas ſubegit oras ita domeſticas redditit.ut agrorum cultura plantis fructiferis uitibus oleis fertiles redderentur. Ita libyam antæa ob feras multiplices infeſtam ac deſertam adeo habitabilem cultamq; præbuit:ut nulli alteri regioni cæderet fœlicitate. Eodem pacto ſceleſtis nefariiſq; hominibus ſuperbia inſuper elatis principibus morte ſublatis urbes reddidit fœlices. Tradunt herculem adeo feras Beſtias hominesq; impios odiſſe atq; oppugnaſſe: q̄ ſerpentes ſe adhuc infantem interficere uoluiſſēt:quodq; uir factus imperium ſubiecit ſupbi atq; iniuſti domini ea certamina īperātis. Poſt Antæi mortem in ægyptū tranſiens buſiridem occidi regem hoſpitum cæde ad ſe accedentium craſſantem. Cum tranſiſſet loca arida libyæ inuento ubere ſolo urbem condidit a multitudine portarum:quæ in ea erant centum portarum appellatam:eius urbis ſtatus uſq; ad poſteriora permanſit tēpora:quibus carthaginenſes maximis copiis urbem ab ſe expugnatam cæpere. Peragrata maiori libaæ parte hercules ad oceanum:qui eſt ad gades peruenit. Ibiq; ab utraq; continentes parte columnis poſitis in hiberiam cum exercitu tranſiit. Criſauriq; filios tribus magnis exercitibus fidentes ſingulari prouocatione ſuſtulit. Cepta hyberia greges boum ſecum adducens iterq; per hyberiam faciens. Cum quidam eius gentis rex uir iuſtus præcæteris ac probus eum magno honore excepiſſet:partem boum regi

dono dedit. Quos ille herculi dicãs ſingulis ãnnis ex his pulchriorem illi taurum ſacrificauit. Hos ſacros in hiberia boues uſq; ad noſtra tempora conſtat perſeueraſſe. Poſtq̃ columnarum herculis meminimus uidetur de his amplius paulo picendum. Montes ab utroq; latere continentis mari oceano ĩminent: In quibus ſtatuit columnas. Cupiens autem ſempiternum ſui nominis monumentum eſſe aiunt utrunq; montẽ cõgeſta humo adeo ampliaſſe ut oceani maris aditum ante inter utrunq; cõtinẽtem latum arctiorem longioremq; redderet. Quo magna cæte in noſtrũ pelagus adire nequirent. Vtq; ad poſteros perpetua eius operis gloria manaret. Tradunt alii coniuctis prius montibus ab eo effoſſis paruum oceãnum ad noſtrum mare factum. Verum hæc cum ſingulis liceat ex uolũtate credere extimationi hominum relinquẽda ſunt. Sed tamen antæa huic ſimile opus in græcia effecerat. Nam a locis quæ tempe appellãtur ubi late ſtagnabat in campis aqua: ducta foſſa aquam deduxit. Theſſaliæ circa peneum fluuium campos fertiles præbens. In boetia ſecus egit. Nam alueo Minei fluminis effoſſo omnem regionem ſtagnantem in utilemq; reddidit. Sed theſſalie opera in græcorum gratiam acta ſũt. Aduerſus uero boetios impenam mirigadam urbem incolentium ultionemq; quos illi ĩ ſeruitutẽ redegerãt thebanorum hyberorum regno optimis eius regionis uiris tradito cum exercitu in celticam galliã profectus eſt: omniq; peragrata prouincia ĩfandũ interficiẽdorũ hoſpitũ morem ſuſtulit. Cum ingens ex omnibus gentibus eum exercitus ſequeretur: urbem condidit amplam: quam ãpdellauit. Alexiam plurimis ex propinquis incolis ſpontẽ in ciuitatem confluentibus: qui cum reliquam multitudine ſuperarent eueſtigio urbs ad barbaros mores defluxit. Hanc urbem celtæ etiã nunc ĩ honore habent: tanq̃ omnis celticæ metropolim. Permanſit hæc urbs ab eius conditore hucuſq; libera ac ſui iuris: poſtmodum a: C. Cæſare: qui propter res geſtas deus dictus eſt: ui capta romanorum imperio cũ aliis celtis ceſſit. Ab his hercules in italia tendens iter per alpes faciens ita difficilem aditu aſperamq; uiam ſtrauit: ut poſtea exercitibus cum iumentis impedimentiſq; facile iter eſſet. Barbaros montanos infeſtos tranſeũtibus latrociniiſq; aſſuetos occiſis eorum ducibus deleuit poſteris reddita itineris ſecuritate: tranſcendes alpes & eam quæ nunc galatia uocatur ꝑ liguſticos tranſiit patriam aſperam ac omnino duram: multoque etiam ĩcolarum labore ac ſtudio paucos ferentem fructus. Qua ex re robuſti homines ſunt ualidiq; corpore. Cibi enim paucitate colendorumq; agrorum labore agiles ac leues exiſtunt: & in bello uiri præcipue fortes. Hi cũ ultra cæteros continuo agrorum exercitio fatigentur: & fœminas quoq;

ruſtico oſperi aſſuefecerūt. Operis tum uirorum tum mulierum inuicem
præcio conductis: mirabile noſtris unius fœminæ factum cōtigit. Quæ
prægnans cum uiris opus mercede faciens ingentibus partus doloribus
abſceſſit inter uirgulta: ibiq; abq; eiulatu infantem editum foliiſq; inuolu
tum cum abſconditum dimiſiſſet ad opus nihil de partu locuta rediit.
Sed re ad uagitum infantis cognita: qui operibus præerat non permiſit
matrem a labore quieſcere: donec tandem infantis miſertus præbita mer
cede mulierem dimiſit: hercules ligutibus ac tyrrenis relictis ad Thibe-
rim fluuium: ubi nunc roma eſt: multis poſtea ſeculis a romulo martis fi
lio condita peruenit. Tenebant tunc ab origines: quod nunc palatium ap
pellant urbem penitus paruulam incolentes. Inter præſtantiores potiti-
us & pinarius erant: qui herculem ut hoſpitem magno honore doniſq;
ſuſcepere. Horum uirorum monumenta uſq; ad hanc ætatem romæ per
manent. Nam inter nobiliores habentur pinariorum tanq̃ uetuſtiſſimum
genus: potitiorum in palatio coclex deſcenſcus eſt lapideæ. Ab illo po-
titia dicta propinquo domui: quæ tunc potii fuit. Hercules ad honorem
ſibi a palatinis impenſum dixiſſe fertur eos: qui ſibi poſtq̃ ad deos tranſ-
latus eſſet decimam bonorum dicarent uitam fœlicem uicturos. Quod
& eueniſſe uſq; ad hoc tempus conſtat. Multi enim romanorum non ſo
lum mediocri cenſu: ſed qui ditiſſimi ſunt habiti: decimas herculi uoue-
runt: poſteaq; fortunatiores facti bona ſua ad quattuor talentorum mi-
lia herculi ſacrarunt. Lucullus romãorum ferme ditiſſimus extimatis bo
nis decimam herculi partem dedit: epulas præbens continue ac ꝓfundēs
multa Templum inſuper iuxta Thyberim egregium herculi condidere
romani in quo ex decimis ſacra deo offerunt. Deinde a thyberi profectus
per littus italiæ ad Cumeum deuenit campum: in quo tradunt fuiſſe ho
mines admodum fortes & ob eorum ſcelera gigantes appellatos. Cāpus
quoq; ipſe dictus flegreus a colle: qui olim plurimum ignis inſtar ætnæ
ſiculi euomens nunc Veſuuius uocatur multa ſeruans ignis antiqui ue-
ſtigia. Cognito hrculis aduentu gigantes inſtructis copiis omnes ei obui-
am profecti ſunt. Acriq; commiſſa pugna. pollebant enim uiribus: ferunt
diis adiutoribus ſuperiorem herculem pluribus illorum interfectis eam
regionem omni feritate purgaſſe. Traditur gigantes terra dici genitos ꝓ-
pter corporū ingentem molem. Hæc de gigantibus qui in phlegra deleti
ſunt: a nonnullis: quos Timeus rerum ſcriptor ſequitur: ferūtur. Ab his
locis uerſus mare profectus opus exegit iuxta ſtagnū: quod auernū ap-
pellant īter miſenum ac dicearcheos prope calidas aquas proſerpinæ ſa-
crū. Eius ābitus ſtadioꝝ ē quinq; profunditas incredibilis: ut cū ſit aqua

clariſſima: cerulea uideatur. Ferũt in eo priſcris temporibus quod poſtmo
dum fieri deſiit inferos euocari ſolitos. Effluente in mare ſtagno ferunt
herculem ex äggerata terra fluxum clauſiſſe: uiamq; deſuper iuxta mare fa
ctam herculeam poſtmodum eſſe uocitatam. Hinc digreſſus peruenit ad
quandam in agro poſidoniatorum petram: ubi fabulantur miraculum
quoddã accidiſſe. Erat uenator in regione: quæ dicitur andragathia ſoli-
tus antæa eorũ quæ cæperat capita ac pedes dianæ dicata arboribus affi-
gere. Cum aprum ingentem cæpiſſet contempta dea ait: ſe caput ſolũ di-
caturum: arboriq; cupiam ſuſpenſo: cũũ meridianum æſtum deuitãs ſub
arbore quieuiſſet inſomnum incidit: tum ligaculo ſua ſpõte diſſoluto ca-
put decidens hominem peremit. Non admirabuntur id factum fortaſſe
homines cum ſit memoriæ traditum: hanc deam multos iam impios me
rita pœna mulctaſſe. At uero herculi ſecus ob pietatem contigit. Nam cũ
ad fines reginorũ ac lochrenſium perueniſſet. deq; uia feſſus quieſceret:
cicadarum ſtrepitu perteſus deos oraſſe fertur: ut eas inde ammouerent:
Exaudita præce non ſolum tunc: ſed poſtmodum cicadæ nunq̃ ſunt in
his locis repertæ. Ad mare deinde cum deſcendiſſet apprime anguſtum
utpote tredecim ſtadiis latum ſicut Timeus aſſerit boues quidem nãdo
in ſiciliam appulere. Ipſe cornu bouis innixus mare traiecit. Cupiens au-
tem circuire ſiciliãm a peloro ad ericem cum perueniſſet perãbulant: litus
ferũt nymphas ei calidas aquas in requiẽ corporis paraſſe: q̃ cũ duplices
eſſent: hæ imertæ geptæ alteræ a locis ſunt denominatæ. Appropinquan
tem ſuæ ditionis locis herculem ad paleſtram prouocauit. Erix ueneris
ac butæ eius ore regis filius. Orta præmii contentione: cum erix patriam
hercules præmium certaminis boues offerrent: indignatus primum Erix
dicitur boues minoris exiſtimationis ſuæ regioni comparari: herculem
uero reſpondiſſe boues ſibi plures eſſe: quibus ſi priuaretur immortalita
tem eſſet amiſſurus. His aquienſcẽs erix ĩ eo certamine uictus patria ſpo
liatus eſt. Eam poſtmodum incolis liberam ea conditione dedit: ut fru-
ctibus illius fruerentur quoad aliquis ex ſuis poſteris ad ea loca tranſiret
Quuod & ita contigit: Multis enim poſtea ſeculis doriens lacedemonius
ad ſiciliam nauigans ea regione recepta hiracleam urbẽ condidit. Quæ
cum breui creuiſſet opibus cartaginenſes tum inuidia: tũ timore ne quã-
do uiribus aucta phœniceorum imperiũ deleret magnis copiis ad ſe ob
ſeſſam cãptamq; euertere. Sed de his ſuo loco ſcribetur latius. Circunda
ta ſicilia cum ad loca: ubi nunc ſunt ſyracuſæ perueniſſet: auditis quæ de
proſerpinæ raptu feruntur: & deabus illis ſacrificauit: & in Cyane præ-
ſtanti forma illis taurum dedicauit. Accolas inſuper quot annis ſacra p

ſerpinæ facere ac in Cyane dies feſtos agere ſacriſq; deam colere docuit. Deinceps per mediteranea iter cum bobus faciens ſicanos ei inſtructo exercitu obuios commiſſo acri certamine deuicit multis ex hoſtium numero cæſis: in quis dicuntur quidam præclari duces qui uſq; ad hoc tēpus heroū honores aſſecuti ſunt occubuiſſe. ſ. Leucaſpis pedicrates buphonus glychatas: buteus: & crytides. poſt hæc per leontinum agrum pergens pulchritudinem eius regionis admiratus apud eos: a quibus honore exceptus eſt: æterna ſui reliquit monumentā. Agyrenei uelut olympios deos feſtis diebus ſacriſq; herculē coluere: & licet antæa id prohibuiſſet: tunc tamen primum ſuadente demonio tanq̄ īmortalitatis præſagiū id fieri paſſus eſt. Cum haud procul urbē iter ſaxoſum eſſet: boues ſaxis tanq̄ ceræ ueſtigia impreſſerunt. Quod ſimile & ipſi herculi cum accidiſſet exiſtimans decimo iam conſumato labore aliquid ſibi īmortalitatis deberi impēſa ſibi annua ab incolis ſacra libens accepit. Vt igitur gratiā bene de ſe meritis referret: lacū ante urbē effodit quattuor ambitus ſtadioꝝ: quem a ſuo nomine uocari iuſſit. Idē & loco ubi boum ueſtigia īpræſſa ſūt nomē indidit. Tēplo gerioni cōſtructo: quod adhuc honorāt īcolæ Iolao quoq; nepoti tēplum ædificauit: oſtenditq; quomodo honores ei ac ſacra annua fierent uſq; ad hoc tempus ſeruata: Omnes enim eam incolentes urbē ab ipſorū ortu iolao ſacras nutriūnt comas: quoad ampliſſimis uictimis eū ſibi deum propitium reddant. Tanta uero eius templi maieſtas habetur reuerentiaq;. ut qui aſſuetis deficiant ſacris pueri muti euadant & mortuis ſimiles. Idem ſi uouerit ſolita ſacrificia ſuſcepto uoto ſtati fiunt a morbo liberi. Eius regionis incolæ portam: quam hæc celebritas ſacraq; ꝓdibant heracleam uocitarunt. Paleſtre inſuper equorumq; certamina quot annis ad quæ publicæ omnes ſerui liberiq; conueniunt inſtituere. Docuere & ſeruos priuatī deum colentes choreas ducere: epulaſq; ſimul ac ſacra celebrare deo: Hinc hercules cum bobus in italiam profectus cū iuxta litus progrederetur. laeinum furem boues furantem peremit. Crotonē uero cum inuitus cecidiſſet ſepulchro ei conſtructo ſepeliuit egregie incolis prædicens futurum tempus: quo ibi ciuitas inſignis ex mortui nomine conderetur. Ipſe pedibus adriaticum ſinum circumuectus in epirū primo tranſiit: deinde in pelopōneſum. Decimo labore perfecto ab Euriſteo præcæptum eſt. ut ab inferis cerberum ad ſuperos educeret. Ad hoc opus ſumpto conſilio anthenas uenit: initiatuſque eſt eleuſinæ myſteriis. Quibus præerat Muſeus orphei filius. Quoniam uero in orphei nomen incidimus: haud ab re erit paucis de eo ſcribere. Orpheus thrax genere filius Iagri doctrina melodiaq; ac poeſi exceſſit omnes: quorum

extet memoria. Et enim poema mirandum edidit: & ſuauitate cantus p̄ cæteris clarus adeo fama excreuit: ut melodia feras arbores ad ſe audiendum allicere diceretur: doctrinæ deditus cum theologiæ opera impendiſſet in ægyptum tranſiit plurimarumq́ ibi rerum ſcientia percæpta græcorum doctiſſimus: tum in deorum cerimoniis: tum in theologia: tum in poematibus cantuq́ eſt habitus. Nauigauit inſuper cum argonautis: ob q́ uxoris amorẽ ad īferos deſcẽdẽs a proſerpina ſuauitate cantus allectā impetrauit: ut defunctam uxorẽ ab inferis excitaret. Quod & antæa fecerat Dionyſius: quẽ dicũt matrẽ ſemelẽ ab inferis quoq́ eductam īmortalitateq́ donatā theonẽ denominaſſe. Nunc ad herculem reuertamur: qui ut ferunt fabulæ: inferos cum adiiſſet: a proſerpina ueluti frater receptus. Theſea ex uinclis tum perithoo ſolutum fauẽte ſorore ſuperis reſtituit. Cerberum inſuper uictum præter opinionẽ aſtrahens ad hominum conſpectum deduxit. Vltimo ei labore indicto mala heſperidum aurea afferendi: in libyam trāſcendit. Verum de his pomis non idem ſcriptores ſentiunt. Aſſerunt quidam in libyam in heſperidum ortis mala aurea a terribili dracone aſſeruari. Alii pecudum greges exquiſita pulchritudīe heſperides habuiſſe: quæ ob decorem a poetis aureæ dictæ ſint: quemadmodum & Venerem ob egregiam formam auream appellant. Nonnulli eas pecudes colore auro ſimili fuiſſe uolunt: eo hoc appellātas nomine. Draconem uero extitiſſe paſtorum curam: qui ui corporis fortitudīeque præſtantes cuſtoditis gregibus latrocinia prohiberent. Sed hoc pro arbitrio accipiant legentes. Horum cuſtode interfecto: Hercules aurea poma ad Euriſteum cum adduxiſſet. pro tot exactis laboribus expectabat: ſicut Apollinis prædixerat oraculum immortalium uitam. Non ommittendū uero nobis uidetur: quæ de athlante & heſperidum genere in fabulis feruntur. Fuiſſe in heſperia tradunt fratres duos fama celebres heſperum atq́ athlantem. Hos habuiſſe oues decoras fere colore aureo ac rubicundo: a quo eas poetæ aurea mala dixere. Ex heſpero ortam filiam dicũt nomine heſperis: quæ fratri nupſit: & ab ea regionem heſperam nominatam. Ex hac athlas ſeptem genuit filias: quæ a patre athlantides: a matre heſperides dictæ ſunt. Hæ cum forma ac prudentia excellerent: buſiris ægyptiorum rex cupiditate captus uirginum pyratas ad eas oras miſit: ut ab ſe raptas uirgines aſportarent. Quo tempore & hercules ſecundum laborem conſumans Antheum in libya hoſpites paleſtra ſuperantem occidit. Buſiridem uero in ægypto mactatos aduenas ioui ſacrificātem merito affecit ſupplicio. Deinde per nilum in æthiopiam ꝓfectus Emathionem æthiopum regem prælio uictum occidit. Poſtremo iterū ad certa

minā cōuerſus prædones qui puellis in ortu quodam dū luderēt raptis
inq; nauibus poſitis ſubito aufugerant inſecutus in littore quodā depræ
henſos interemit. Virgines athlanti reſtituit patri. Quo beneficio mo-
tus athlas non ſolū dignis facto muneribus donauit herculē:ſed aſtrolo-
giā inſuper docuit. In qua cum operā curāq; īpendiſſet præcipuā:ob ſpe-
ram aſtrorum abſe adinuētam:orbē ſuis ferre humeris extimatus ē. Her
cules quoq; cum ſperam ad græcos tranſtuliſſet:magna eſt gloria potitus
extimantibus eum omnibus athalantico orbi ſucceſſiſſe : His occupato
hercule quæ ſupfuerant amazones aiunt circa Thermodonta fluuiū un-
diq; conueniſſe ad bellum græcis inferēdum. Nam græcoꝝ a quibus her
cules profectus bello ipſas ſuperaſſet:ſed maxime atheniēſium īiurias ob
eaꝝ reginam Antiopen:alii hippolitam tradūt a theſeo captā:ulciſci cu-
piebant. Itaq; ſcytaꝝ auxilio fretæ:adiutæq; uiribus magno cum exercitu
per Cimmericum nauigantes boſphorum in thraciam:inde per europā
in agrum athenienſem traſeuntes caſtra in his locis:qui poſtea amazonii
appellati ſunt poſuere. Theſeus earū tranſitu cognito ciuium coactis co
piis aduerſus hoſtes una cum antiope amazone ex qua filium ſuſceperat
hippolytum proficiſcitur. Commiſſo certamine athenienſium duce The
ſeo uictoria fuit:Amazonum pars interfecta eſt, pars athenienſium agro
pulſa. Antiopes quoq; pro uiro acriter pugnans occubuit. Quæ ex præ
lio ſuperfuerunt amazones deſperata patria in ſcythiam diuertere : ſed
quoniam de his ſatis antea ſcripſimus. ad herculis redeamus geſta. Per-
actis ab eo laboribus reſponſoq; ab diis accepto conferre plurimum ad
conſequendam immortalitatem coloniam ad ſardos ab eo mitti:filioſq;
Ex theſpiadibus ſuſceptos coloniæ præfici duces. Iolaum nepotem cum
filiis:adoloſcentiores enim erant deſtinauit. Neceſſe uidetur nobis quo
magis huius coloniæ origo conſtet horum filiorum genus referre. Theſ-
pis uir fuit nobilis athenienſis ericthei filius:qui imperans ei quæ ab ſe
denominata eſt regioni:ex pluribus fœminis filias genuit quinquagita.
Hercules puer adhuc ſed robore præſtans corporis cupiens ex eis prolem
ſuſcipere uocato ad ſacrificium patre cum opipare illi epulas paraſſet : ac-
cerſitis filiabus ſingulatim recognouit omnes. ex quibus geniti quinqua
ginta mares omnes eiuſdem ferme ætatis communi nomine theſpiades
dicti ſunt. Hos decreuit incoloniam mittere iuxta oraculi reſponſum p̄-
fecto claſſis iolao exercitu tradito & theſpiadum & coloniæ deducendæ
curam hercules permiſit. Ex quīquaginta liberis duo thebis māſere quo
rum progenies etiam nunc dicitur in honore eſſe ſeptem. Theſpiis quos
demuchos appellāt. Poſteri:quorum ad hæcuſq; tēpora ciuitatis haben

tur principes. Reliquis pueris multiſq; præterea uoluntariis ad ædifican dam coloniam aſſumptit. Iolaus in ſardiniā nauigans priorem īſulæ par tem cāpeſtrem ſcilicet tenuit iola eam ab eo hodie quoq; dictam. Eam re gioné cultioré arboribuſq; fructiferis uberem cum effeciſſet bellicoſam ēt reddidit. Adeo enim hæc inſula fructuum copia celebrata eſt: ut carthagi nenſes poſtmodum multa certamina periculaq; pro ea ſubierint potium da: ſed de his ſuo loco dicetur. Iolaus colonia condita cum e ſicilia deda lū accerſiſſet: eā pluribus præclaris operibus: quæ nunc uſq; permanent: atq; ab artifice appellantur. Dedalia: exornauit: Gymnaſia īſuper magna erexit ac ſumptuoſa. Iudicia quoq; ac cætera qbus ciuitas diuturnior eēt ac fœlicior inſtituit populos ab ſuo nomine theſpiadibus: qui eū ut pa trē colebāt: hunc honoré concedentibus Iolaos appellauit. Nā pp illius in ſe parentis officia adeo eum dilexere: ut ipſum genitoris cognomine uo carint. Quo accidit: ut qui poſtmodū ſacra ei deo facerent: Iolaum ap pellarent patrem: quemadmodum perſæ Cyrrhum. Rediens deinceps ī græciam Iolaus inq; ſiciliam nauigans aliquandiu permanſit in inſula. Quo tempore plures qui cum eo acceſſerant capti locorum amenitate ſi caniſq; permixti in inſula remanſere ſummo ab incolis honore accæpti. Iolao: cum gloria præclarus eſſet: multaq; diuerſis ī locis ſui reliquiſſet benefitii monumenta: & templa & deorum honores plures ciuitates tri buere. Verum in ea colonia mirabile quid dictu accidit. Reſponſum eīm a deo datum eſt: eam coloniam perpetuam libertate fore: quod noſtra ad uſq; tēpora uerum conſtat fuiſſe. Nam cum eius urbis populus increbre ſcentibus in ea tēporis diuturnitate qui colonos numero ſuperabant bar baris ipſe quoq; barbarus effectus ſe ad montana aſperaq; contulit loca: ubi habitaculis terreſtribus humo effoſſa lacte at carne armentorumque: quorum plurima apud eos erat copia: uitam ducentes procul a bellorum diſcrimine aberāt. Itaq; & carthaginenſes poſtea & romani fructra eos ar mis ſæpius appetiuere. Verum ad herculis acta proxima ſuperioribus re uertatur oratio. Cum is omnia abſoluiſſet certamina. Megaram uxorem Iolao propter parentis erga liberos ſuos officia conceſſit: exiſtimans am plius ex ea liberos ſuſcipere calamitoſum fore. Ad prolem uero procrean dam alteram minime ſuſpectam quærens iolem euriti filiam in echalia dominantis petiit: qui megaræ repulſā ueritus ſuper eo matrimonio ſe cōſulturum reſpondit. Hercules fruſtratus ſponſa iniuriaq; motus Euri ti abegit equos: Iphitus Euryti factum ut erat ſuſpicans: cū ad equos īue ſtigandos in tyrinthum ueniſſet: iuſſus eſt ab hercule turrim quandā al tam aſcendere ſpeculatū ſicubi forte equi paſcerētur. Sed cū nullos aſpi

ceret:dicens falſo culpatū ſe furti hercules de turri præcipitē Iphitum de
dit.Ob huius mortē hercules in morbū cū incidiſſet:in pilū ad neleū ꝓ-
fectus eſt hortans ut ſe mundaret ā cæde:hic cum filios conſuluiſſet oēs
præter Neſtorem iuniorem:minime purgandum eſſe cenſuerunt. Tum
hercules ad deiphœbum hyppoliti filium adiens ut purgaretur ſuaſit.
Sed cum nequaq̄ ſanari poſſet:deq; morbi cura Appollinem conſuleret:
reſponſum eſt facilem eius ualitudinis curam fore:ſi iuſto uenderetur p̄
tio:pecuniaq; exinde redacta Iphyti liberis daretur.Coactus igitur oracu
li reſponſo parere cnm quibuſdam amicis in aſiam nauigans ſponte ſua
a quodā ex amicis uenundatus ſeruus omphalæ uirginis factus filiæ Iar
dane eoꝝ reginæ:qui aliquando meonii:nunc lidii dicuntur prætiū Iphi
ti filiis cum datū eſſet priſtina ualitudine recuperata Omphale ſeruiens
oēs eius regionis latrones ſubſtulit.Cecropas qui dicebantur prædones
regioni īfeſtos parti peremit:partim omphale uinctos tradidit. Syleū ra-
ptos ab ſe uiatores ad opus uinearum cogentē ligone percuſſū cecidit:
Itonas latrocinantes Omphale patriā compeſcens urbem eorum recepta
culum expugnatā captāq; diruit. Cognita herculis uirtute:& quis eſſet:
Omphale & liberum fecit:& ex eo genuit filium lamonem. Suſceperat
uero & antea ſeruus ex ſerua Cleolaum.Poſt hæc:cum in pelopōneſum
tranſcendiſſet ad troiā cum exercitu contra Laumedontē regē profectus
eſt.Hic cū Iaſone prius militauerat ad uellus aureū promiſſiſq; ob mari
num monſtrum ab ſe occiſum equis fruſtratus ē.Quibus de rebus pau
lo poſt inter argonautas dicemus.Iaſon cum bello occupatus poſtmodū
oportunitate capta troianis arma intulit cum nauibus ut aiunt quidā ma
gnis decem & octo ut homerus tradit ſex filium tripolemum ītroducēs
dicentem.Herculem patrem equorum laumedontis gratia cū ſex naui-
bus pauciſq; uiris Illii cæpiſſe ciuitatē & uiris patriam orbaſſe. Veniēs ad
troiam hercules cum optimis millitum præcæſſit ad urbē Oicleo amphi
arii filio præfecto claſſis relicto.Laumedon improuiſo hoſtium in curſu
præuentus copias pro temporis anguſtiis comparatas ad oppugnandas
naues duxit:ſperans ſi illas incendiſſet:finem ſe bello poſiturum. His oc
currens Oicleus cōmiſſo prælio occubuit.Reliqui ad naues refugiētes
claſſem procul a terra abegerunt.Laumedon reuerſus inito prope urbem
cum Herculis exercitu prælio & ipſe & multi præterea pugnantes cecide
re.Hercules ui capta urbe multos iure belli interfecit:Priamo:ſolus enim
filiorum patri conſuluerat:equos Herculi pollicitos tradendos:quoniam
iuſtus uideretur:regnum Ilienſium permiſit.Telamōem coronauit ob
egregia uirtutis merita tradita ei heſione laumedontis nata.Hic enim ui

pͥmus urbem intrarat:cum hercules firmiſſimam muri arcis partem ag-
grederetur. Deinde rediens in peloponneſum militauit obnegatum præ-
mium aduerſus Angeam. Commiſſa cum elienſibus pugna re īfecta ad
olenum rediit. Huius filia hippolita:cum axanio nupſiſſet:cenās cum cæ
teris in nuptiis Herculeis Euritionem centaurum conſpecta eius cui uim
inferebat iniuriā interemit. Redeuntem in tyrinthum Herculem Euriſte
us ueluti ſibi inſidiantem accuſans ex tyrintho una cum alcmena Ephi-
deaq; ac Iolao abire iuſſit. Coactus recedere cum his ad archadiæ phineū
diuertit. Inde motus cum audiſſet pompam ex ælide neptūno ad Iſthmū
mitti:eius Euritus Angei dux erat. Euritum iuxta cleonam ubi nuncem
herculis templum necauit. Deinceps bello āduerſus Aelim moto occiſoq;
Angea rege:ātq; urbe ui capta phileo angei filio regnum tradidit. Fuerat
hic antæa a patre pulſus quoniam arbiter inter eam & herculem factus p̄
mium herculi dandum cenſuiſſet. hippocoon poſtmodum ex ſpartā pe-
pulit:Tindarei fratem. Eonium uero licymnii herculis amicum hippo-
coontis filii uiginti numero iuterfecerunt. Quā re incenſus hercules cū
exercitu illos adhortus acri commiſſa pugna uictoria potitus eſt:pluri-
miſq; eorum occiſis ſpartæ ui captæ tidareum. Caſtoris ac pollucis patrē
regem præfecit ſtātuens:ut ad eius poſteros regnum ſpectāret. Ex hercu
lis exercitu pauci admodum cecidere:in quis ſtrenui fuerunt uiri. Iphi-
tus:thipheus. Eiuſq; decem & ſeptem numero filii. Tres enim tantum ex
uiginti ſuperfuerunt. Ex hoſtibus uero & ipſe hippocoon & decem filii
occubuerunt:magnuſq; præterea ſpartiatarꝝ numerus. Ab hāc expeditiōe
in archadiam regreſſus ad aleum regem diuertit. Ihi cum filiam angeā ab
ſe clam cognitam grauidā reliquiſſet ad ſtīphalon tranſiit. Aleus tumore
uentris filiæ cognito quæſiuit quis eam corrupiſſe? Ab hercule ut erat
uim illatam ferente fidē dictis abnuens pater cuidā Nauclero amico ī ma
ri mergendam dedit. Illa in nauium deducta cum eſſet iuxta parthenium
montem urgentibus partus doloribus in proximā ſiluam tanquā ad rē
neceſſariam deſcendit:ibi cum peperiſſet infante inter uirgulta abſcondi-
to ad nauiculam rediit. Cumq; ad Ennāplium archadiæ portum perue-
niſſet:ſalutem eſt præter ſpem cōſecuta. Nauicularius enim illam merge-
re iuxta pātris præceptum noluit. Sed dono dedit quibuſdā ex caria ī aſi
am profecturis:qui angeam ſecum uehentes regi miſiæ Teuthranti tradi-
dere. Infantem in parthenio a matre relictū paſtores quidā corithi regis
cum repperiſſent a cerua exhibito ubere nutriri:infantem ad regem detu
lerunt quem cōrytus ut filium educans Teleph:eo q̄ fuerit a cerua nutri
tus:nomen dedit hic uir factus matrē inueſtigans uenit in delp hos:reſ-

ponſoq; accepto:ut in nyſiam nauigaret ad Teuthrantum regem inuenta
matre cognitoq; cuius eſſet filius magno in honore habitus eſt. Teuthrã
tus liberis maſculis orbatus Argiopẽ natam Telepho deſpondit:inſtitu-
itq; ſucceſſorem regni. Hercules cum in pheneo quinquennio fuiſſet:fili-
orum licymnii Iphidiſq; fratris interitum egreferens ſponte exarchadiã
ac peloponneſo abiit. Cum plures eum archades ſequerentur:in calydo-
nem ſecæſſit. Non proles ei legitima:non uxor erant. Deſponſauit ergo
deianiram œnei filiam meleagro:de quo haud ab re erit paucis ſcribere
iam defuncto Oeneus in magna frumenti copia cum cæteris diis ſola di
ana neglecta ſacrificaſſet irata dea calidonium aprum ingenti magnitudi
ne celebrem ad uaſtanda late patriã propinquam immiſit. Ad hunc de-
lẽdum Meleager ætate uiribuſq; integer pluribus aſſumptis ſecũ ſocis a-
prum iaculatus occiſæ beſtiæ præmium:id erit animantis pellis : omniũ
conſenſu tulit. Cum inuenatiõe athlanta Schinei affuiſſet filia eius amo
re captus pellem uelluti laudem occiſæ feræ ſibi conceſſit. Quod factũ
qui una uenati fuerant theſtii filii ægreferentes aduenam eius fœminam
præferri improbato meleagri facto athlantæ per inſidias:cũ in archadiam
rediret:pellem abſtulere. Meleager tum amore motus:tum icenſus igno-
minia athlantæ auxiliũ ferẽs primum raptores:ut uirtutis ab ſe datũ mu
lieri præmiũ reſtituerent:hortatus eſt. Eius uerbis contemptis omnes:ii
erãt. Altheæ:fratres necauit:illa ſuorũ cæde moeſta meleagrũ execrata ẽ ab
diis immortalibus:qui eius uotum exaudierunt:filio mortem impræca
ta. Fabulantur quidã Meleagri ortu parcas noctu in ſomnis altheæ dixiſ-
ſe:tunc uitæ meleagri filii finem fore:cum id ſignũ:is torris extictus erat:
cõbureretur. Orto puero exiſtimans in eius ſigni cuſtodia filii ſalutem cõ
tineri diligenter cuſtoditum ſeruauit. Poſtmodum fratrum morte irritatã
torre cõbuſto ferũt cauſam interitus filii extitiſſe. Cuius facti poſtea pe-
nitens laqueo uitam finiuit. Dum hæc agerentur hippolitus ĩ oleo iratus
filiæ peribiæ ſe ex matre grauidã aſſerenti ad œneum ĩ etholiam miſit iu
bens ut eã q̃ primũ perimeret. At ille cũ recens uxor filiuſq; deceſſiſſet:cõ
tempto patris mandato illam uxorem cæpit. Ex qua filius ortus eſt Ty-
deus. Sed de his hactenus. Hercules in calidorũ gratiã fluuiũ acheloũ ĩ
alium curſum diuerẽts plurimos agros ex aquæ irrigatione fertiles præ-
ſtitit. Cuius rei & poetæ quidã meminere ſcribẽtes cum acheloo herculẽ
ſub tauri ſpecie certaſſe:qui cum ĩ congreſſu tauri alterum cornu fregiſſet
etholis illud quod amaltheæ cornu uocant:dono dedit. Fructuum oĩum
uuarum malorum aliorumq; eiuſmodi pomorũ copia repletum. Fingunt poetæ
acheloi cornu foſſi a fluuio ductã pomis uero & malis punicis ac racemiſ

mõſtrari regionis fertilitatatẽ:quã fluuii humor præſtet:& ãgros reddat
feraciores:Amaltheæ cornu durum eſſe aiunt.qua ex re operis eius labor
notatur . Hercules p̃ſidia calidoniis ferẽs theſprotis illato bello & ephy-
ram urbẽ ui cæpit:& phyleũ theſportoꝝ regẽ interfecit.Filiam uero eius
ex qua genitus eſt ei Triptolemus captiuam cognouit triennio poſt deia
nirãm uxorem ſumptam in cæna a uino cõcalefactus.Eurinomum pue
rum architelii filium miniſtrante paruoq; errore lapſum pugno ictũ occi
dit inuitus:Qua ex re dolore perculſus calidonia cum uxore deianirã
hylloque puero ex ea orto receſſit.Cum in itinere ad Euenum perueniſ-
ſet flumen Neſſum centaurum repperit prætio uiatores flumen tranſue-
hentem.Nunc traductam deianiram inuiolare conantẽ muliere uiri opẽ
implorante hercules ſagitta tranſfixit:cum prius tamen deianiram co-
gnouiſſet.Moriturus ex uullnere pollicitus eſt ei ſe amoris medicamẽtũ
traditurum :quo nullam præter ſe mulierem hercules aliam appeteret:
Iuſſit itaq; ſemine quod ex eo exciderat cum oleo & ſãguine & ſagitta de
fluente ĩmixto hereulis tunicã ungere . Quo dato conſilio cũ expiraſſet
illa clam hercule quod mandatũ erat aſumpſſit.Hercules tranſito fluuio
cum ceyco trachĩ regi obuiaſſet apud eum diuertit archadum militũ præ
ſidio fultus.Deĩde cum philantus driopum rex tẽplum apollinis delphi
cum diceretur uiolaſſe:una cum melienſibus armis aduerſus eũ ſumptis
& regem peremit driopum:& incolis patria expulſis eorum agros meliẽ
ſibus dedit.Filiam regis captiuam ſecum ducens cõpræſſit exq; ea filiũ ſu
ſcepit antilocũ:procrearat etiã ex deianira poſt hyllum filios duos. Glene
am & driopitẽ:pulſi Driopes quidam diuertẽtes ad Euboeã ciuitatem cõ
didere Caryſton:Alii in cyprum nauigantes una cum cypriis manſcere .
reliqui Euriſtei herculis hoſtis præſidio freti tris urbes in peloponneſo
condidere Aſinem Ermionem Eionem.Orto deinde inter dorienſes:qui
eſtiotes appellantur.Iis Egineus imperabat laphytaſq; circa olympũ ha-
bitãtes:qbus rex erat coronus phororei filius:bello cum p̃ualerent copiis
laphitæ dorienſes ad herculẽ confugere.Iis in belli ſocietatem accitus pol
licita tertia doridis regionis parte ac regno ꝑmiſſo bellũ una cum dorien-
ſibus aduerſus laphitas mouit Milites archades:qui apud eũ ſẽper erant
ſecum ducens.Hoꝝ præſidio uſus ſuperatis prælio laphitis coronum re
gem ꝑemit.Reliqnos multis occiſis e regione pro qua bellum ſiſcitatum
erat coegit excædere.His actis Egimeum tertiæ præfecit parti ſibi conceſ
ſæ mandans:ut eã ſuis poſteris ſeruaret.In trachinã tranſiens . Cyonum
martis ab eo ꝓuocatus ꝑemit.Deinceps ab Icono ꝓfectus ꝑ loca maritĩa
ad ormeniũ regẽ cũ ꝑueniſſet:eius filiam aſtydãmiã ſibi dari cõnubio pe

tiit. Quam rem cum abnuiſſet ſciens illi deianiram uxorem eſſe bellū
hercules regi intulit. Captaq; urbe ac rege interfecto aſtydamniam captam
ſtuprauit: genuitq;. ex ea filium ctiſippum: his geſtis in œthaliam contra
Euriti liberos: quoniam Iole uxor ei antæa negata fuerat. Exercitū duxit
Cūq; archades ei opitularentur urbe capta Euriti filios occidit. Toxeum
Molionem ac Pytium: Iolem captiuā ſecū ducens. Ex euboea in mōtem
ꝓfectus eſt nomine Cineum. Ibiq; ſacra facturus lychā domeſticū quen
dam ad uxorem Deianirām in trachinā miſit: ut ei ueſtem: qua in ſcaris
uti cōſueuerat: afferret. Hæc cum alycade amore Ioles ꝑcæpiſſet cupiens
ſe omnibus amore præferri tunicam iuxta centauri conſilium tinxit: hāc
alycha rei inſcio delatam hercules indutus medicamenti ui paulatim īua
leſcente toqueri maximo dolore cæpit. Virus enim ſagittæ ueneno uipe-
reo infuſæ corpus conficiens dolores ciebat īmenſos. Itaq; lycham ueſtis
latorē primum occidit: tum dimiſſo exercitu ī trachinam uenit: morboq;
magis in diem ingraueſcente in delphos lycinium ac Iolaum miſit. Apol
linem morbi remedia ſiſcitatum. Deianira calamitate herculis ſtupefacta
cum cauſā tanti mali ſciret a ſe ꝓfectam laqueo excæſſit e uita. Reſponſū
apollinis iubebabit ferri cum apparatu bellico herculem in oetā Ibiq; ꝓp-
pe eam ingētē ſtrui pyram de reliquis inquit Ioui curam fore. Qui cum
Iolao erant iuſſa Apollinis exequentes: quod futuꝝ erat ſuſpicabantur:
Hercules deſperata ſalute in pyram cum aſcendiſſet rogabat accedentes:
ut ignem ſubiicerent. Quod cum nullus auderet ſolus philocretes ī gra
tiam ſagittarum: quas ei hercules reliquit: piram ſuccendit ſubitoq; fulmi
nibus circuncadentibus pira exuſta eſt: Accedente Iolao ut oſſa coligeret:
cum nullum penitus repertum eſſet: credentes herculē ſecundum oraculi
reſpōſa ad deos tranſlatum: ſibi ut heroi ſacra quædam fecerunt. Inde ad
Trachinā reuerſi: menetius poſtmodū actoris filius herculis amicus tau-
ro capro arieteq; uelut heroi īmolatis īſtituit ut ſingulis annis herculi in
opunto ſacra fierent: utq; ꝑ heroe coleretur. Cum idē thebei facerent: athe
nienſes græcoꝝ primi ut deum ſacrificiis herculem coluerunt: ſuæq; pie-
tis erga illum deū exēplū reliquis præbentes. Vniuerſam primum grætiā
deinde cæteras omnes gentes ad eius cultum cōuertere. Adiiciendum ē
ſuperioribus iouem ꝑſuaſiſſe iunoni ut herculem ſe fingeret genuiſſe ma
triſq; erga eum deinceps beniuolentiā oſtenderet: partum eiuſmodi fuiſ
ſe tradunt. Iuno cū ln lectū aſcendiſſet ſumptum iuxta corpus herculem ꝑ
ueſtes īferius in terram dimiſit uerum partū imitata. Sicut & nunc uſq; ī
filioꝝ ādoptatione obſeruant barbari iunonis opere poſt hūc partum fe
runt hebem herculi nupſiſſe: de qua & poeta poſt obitum ſcribit: ipſe cū

diis immortalibus in delitiis uerſatur habẽs hebem p̄ulchros habentem pedes. Herculem uero dicunt nequaq̄ inter duodecī deos ꝓut Iupiter p̄dixerat receptum. Fieri enī nõ poterat: niſi uno ex duodecim prius pulſo ut alter recipetur. Inquum enī fore honorem uni tribui cum alterius dei ignominia. Scriptiſ quæ de hercule dici poſſunt. nunc argonautas cũ quibus militauit hercules: referamus. Iaſonem tradunt Eſonis filium extitiſſe nepotẽ peliæ Theſſaloꝝ regis. Qui cũ eſſet robuſtus corpore animiq́ꝫ præter cæteros ſuæ ætatis ſelati: aliquid agere optans memoria dignum ex ſuperioꝝ exemplo maximeq́ꝫ perſei: aliorumq́ꝫ plurium quos propter externas expeditiones geſtaq́ꝫ præclara ĩmortalem gloriam aſſecutos ĩtelligebat: exarſit animo ad illoꝝ opera imitanda. Itaq́ꝫ cõmunicato cum rege cõſilio pelias ſuo deſiderio aſſenſit: Non ut adoleſcentis gloriã augeret ſed ſperans illum citius in belli expeditionẽ periturum. Se enim filiis maſculis natura priuatum eſſe uidebat. Fratrem timebat ne quando filii ope ſibi regnoq́ꝫ inſidiaretur. Hanc ſuſpitionẽ occultam tenens pollicitus eſt ſe belli auxilia laturum: ſi expeditionẽ pararet in colchos ad uulgatum uellus aureum rapiendũ. Habitabatur tunc pontus a barbaris ac efferis nationibus infẽſiſq́ꝫ hoſpitibus: cum omnes aduenas eo nauigantes interficerent. At Iaſon laudis appetens: cum certamen difficile non tamen penitus impoſſibile ꝓpoſitũ uideret: ſed quo maius eſſet: eo ampliori ſe gloria uictorẽ fore neceſſaria ad id bellum parauit: p̄mum iuxta peliũ nauẽ ædificauit magitudine atq́ꝫ apparu longe maiori: q̄ quæ ad eam diem fieri cõſueuerant. Erat enim antæa paruaꝝ nauicularũ uſus. Ad huius uero eximiam magnitudinem ſtupentibus omnibus diffuſa per græciam eius rei fama multos egregios adoleſcentes ultro ad certamen & eius belli cõmunionem allexit. Iaſon in aquam deductã nauẽ cum neceſſariis ad nauigãdum rebus fulciſſet: optimos eoꝝ qui ſecũ ire appetebant elegit numero quattuor & quinquaginta. Ex eis clariſſimi erant. Caſtor & pollux hercules Telamon Orpheus. Athlante ſchinei: præterea theſpeſii filii: & ipē nauigii auctor Iaſon. Nauis argos dicta eſt: ut quidã aſſerunt ſcriptores ab argo eius architecto: qui etã inter nauigandum eius reſarciendæ curam cæpat. Vt alii ab eius uelocitate: quã antiqui argon appellabant. Hi omẽs ducẽ ſibi præfecerunt herculẽ ueluti oĩum iudicio fortitudine & uirtute præſtantiorem. Deinde ex colcho nauigante acto ac ſamo thracia prætergreſſis tempeſtate acti ad ſygeum troiæ appullere: Cum in terrã deſcẽdiſſent: uirginẽ iuſta littus uictam ob hanc ut ferunt cauſã repierunt. Neptunũ tradunt ꝓpter opam ad ædificanda pgama ab eo: ut fabulæ tradũt impenſã iratum laumedonti regi e mari cæte in terrã miſiſſe: A quo ma-

ritimã incolentes locã coloniq; abſumebãtur.Peſte p̄terea quæ terræ fru/
ctus corrumperet ꝓpinquos agros afflixit.Omnibus ea calamitate terri/
tis cum tantis malis ſalus quæreretur:laumedontē dicunt ad Apollinem
deſtinaſſe quæſitū rebus aduerſis remedia.Reſponſū eſt ab oraculo :ne/
ptuni iram cauſã maloꝝ eſſe:quæ mitigaretur:ſi puerum troiani ſorte du
ctū cæte traderēt uorandum :itaq; ſingulis in ſortē cõiectis cum in heſio
nem ſors regis filiam cecidiſſet.coactus eſt laumedon natam in littore uī
ctam belluæ futuꝝ cibum exponere.Interim argonautis in littus deſcen/
dentibus hercules uiſa puella:cum rei cauſam cognoſſet:uincla diſſoluit.
Inq; urbem profectus regi obtulit ſe id mõſtrū interfectuꝝ. Laumedon
accepta oblatione equos illi in uictos dono ſe daturum cum ſpopondiſſet
Cæte ab hercule periit heſioni oblata conditione herculē ne liberatorem
ſequi:an in patria remanere mallet:cum hercule ab ire elegit non tã uitæ
beneficio:q̃ timore: ne iterum prodeunte cæte ad idē ſuppliciū deſtinare/
tur.Hercules & dõis:quibus honorifice cumulatus fuerat :ac equis heſio
neq; penes laumedontem quoad reuerteret ex colcho relictis cū argonau
tis ad deſtinatum certamen profectus eſt.Magna interim tempeſtate co
horta cæteris ſalutem deſperantibus ſolum orphea tradunt religionis pe
ritum uota pro ſalute ſamothracibus feciſſe:extemploq; tempeſtate ſeda/
ta:cum duo aſtra ſupra pollucis & caſtoris capita cecidiſſent : omnes eo
miraculo ſtupentes credidiſſe deoꝝ ꝓuidentia ſe a ꝑiculis exẽptos.Quo
facto contigit ut quos poſtmodum maris agitaret tempeſtas ſamothra/
cibus uota pro ſalute facerent:aſtraq; apparentia ad Caſtorē pollucemq;
referrēt.Inde ſedato mari in thraciã ad regnum phinei traſcendentes du
os adoleſcentes offenduut:qui uerberibus cæſi ut uiui in terram effode/
rentur pœnam expectabant.Filii hii erant phinei Cleopanæq;:quam ex
otithia Erithei ac borea natam ferūt: Verum odio ac falſis nouercæ calū
niis inique a parente ad eaſ dãnabantur pœnas.Duxerat uxorem phine
us Ideam dardani ſcytarum regis filiã:cuius amore captus uoluntati eiuſ
aſſentiebatur.hnic nouercæ in gratiã matris priuigni ira moti uim intule/
runt.Argonautis ad rem nouã ſtupentibus aiunt adoleſcentes īnter tor/
menta ab eis ueluti diis auxilium imploraſſe:& ſimul cãm dixiſſe pater/
næ ĩiquitatis:orãtes ut ſe ab iniqua eriperent ſorte.His phineus cū occur
riſſet uetuit ne quid cõtra ſuum decretū uoluntatēq; agerent.nullum enī
patrē ait de filiis ſponte ſupplicium ſumere:niſi amorē ī liberos paternū
magnitudo ſceleꝝ ſuperaret.Interī qui cum hercule in naui erant horea/
des cleopatræ fratres tradunt ꝓpter cognationem primos e naui auxiliū
adoleſcentibus tuliſſē:eiſq; a uinclis liberatis obſiſtentes tãtum occidiſſe

barbaros.phineus ad pugnā cum ueniſſet barbaris auxilia ferentibus her
culem ferunt acriter p̄cæteris pugnantē & ipſo phineo & pluribus aliis ob
truncatis captaq; regia & liberaſſe cleopatrā:& filiis paternum regnum re
ſtituiſſe:quibus de nouerca ſupplicium ſumpturis ſuaſit hercules :ut ad
patrem in ſcythiam mitterent rogarentq; ut ipſe ob filiæ in ſe iniurias pu
niendæ auctor eſſet.Quo facto ſcythia natam morte mulctauit:Cleopa
træ filiæ apud thracas ſuæ modeſtiæ gloriam tuleræ.Nō ignoro te quoſ
dā priſcaꝝ reꝝ ſcriptores tradere filios a patre phineo excecatos & phine-
um quoq; aborea priuatum uiſu herculē p̄terea ad hydriā in aſciam aſcē
dentem ī eis locis ab argonautis relictum.Diſſentiunt ſane in hiſtoria pri
ſcis rebus recenſendis : ut haud mirādum ſit:ſi quis ueteris hiſtoriæ au-
ctor a poetis reliquiſq; ſcribentibus quandoq; diſcrepet. Verū phineidas
tradunt regno cleopatræ matri e p̄miſſo thracia cum argonautis ī pōtum
ꝓfectos:Ipſos aūt nauem ad tauricā applicuiſſe ignota incolentium feri-
tate.Mos enī erat eius regionis barbaris aduenas nauibus aduectos dia-
næ ſacrificare.Apud quos aiunt Ephigeniā poſtmodum huius deæ ſa-
cerdotem captos hoīes ad eius arā mactare ſolitam p̄ſens poſtulat hiſto-
ria:ut cauſæ huius aduenas ſacrificādi ritus referāt a nobis p̄ſertim cum
ad argonautaꝝ tranſitum hic maxime locus ſpectet. Solem ferunt duos
ꝓcreaſſe pueros. Oetā ac perſen. Oetā icholco regnauit In taurica perſes
crudeles ambo efferiq;.F perſe hecate horta eſt ſuperās audacia īmanita
teq; patrem.Vtq; cruciatu hominum leta eos ꝓ feris appetere ſagiptis cō
ſueuerit.Sed ad uenena mortifera cōficienda ſūmum ſtudium operāq; ī
pendens prima acconitum inuenit.Vim naturamq; cuiuſq; ueneni ī cibiſ
quos aduenis dabat experta:His rebus admodum edocta primū uene-
no patrē ſuſtulit.Deinde regno aſſumpto templum ſtatuit dianæ cui na-
uigantes hoſpites ſacrificabat exiſtimans ea crudelitate ſuum nomen cla
rius futurum.poſt hæc nupſit oetæ genuitq; liberos tres Circem Medeā
& Eigialeum Circe ad omnis generis uenenoꝝ curam uerſa multarū her
barum radicumq; uariaſ uires mirabileſq; reperit.Ft q̄uis a matre hecate ī
plurimis inſtructa eſſet tamen multis ab ſe de nouo adinuentis omni-
bus in eā re præſtitit.Hæc ſarmatarum regi quos quidam ſcythas dicūt
cum nupſiſſet primum ueneno uirum abſtulit.Deinde regno capto mul
ta ui crudelitateq; ſubditos uexauit.Quibus rebuſ regno expulſā quidā
ſcriptores ad oceani quandā deſertā inſulam cum mulieribus quæ eam
ſecutæ erant:confugiſſe.Quidā ad italiā ueniſſe tradunt:inq; eo ꝓmon
torio:quod nunc quoq; ab illa circeum uocetur reſediſſe. Medeā quoq;
tū a matre tū a ſorore ſingula ueneficia edoctā diuerſis moribus uixiſſe

ferunt.Nam & hoſpites eripiebat a uitæ diſcrimine:& ſæpe apud patrem præcibus & gratia pro danatorum ſalute intercædebat. Q uandoq; ipſamet ex cuſtodia captos dimittens.Oetã ferunt tum ſua natura : tnm uxoris ſuaſu crudelẽ necandoꝝ hoſpitum conſuetudinẽ ſeruaſſe Medeam uero cum magis in diem eſſet parentum aduerſa crudelitati ab œta ob filiæ timorem in liberã cuſtodiam deſtinatã:Illa ad ſolis templum:id in littore ſitum erat:cõfugit.Q uo tẽpore argonautæ a taurica ĩ pontum noctu delati ad templum ꝑuenere.Ibi medeam iuxta littus ambulantem cum ĩueniſſent:ab ea de hoſpitum cæde edocti uirginis humanitatem collaudarunt.Deinde aduentus ſui cã medeæ palam facta illa ĩminens a patre periculum crudelitatemq; in hoſpites ut cauerent admonuit.Cõmunicato cõſilio medea ſe adiutricem ad perficiendum certamen ꝓpoſitum pollicita eſt.Iaſon iure iurando data fide uxorẽ ſibi illã quoad uita ſupſtes eſſet futuram ſpopondit. Tum noctu argonautæ relictis templo cuſtodibus cum Medea ad uellus aureum ꝓfecti ſũt.De quo ut apertius ſcribatur præſens hiſtoria nequid ex his ommittatur:quæ ad ipſius cognitionem ſpectant requirit. Frixum athamantis aiunt nouercæ inſias declinantẽ una cũ ſorore helle egrecia fugiſſe.Tranſfertãtibus illis iuxta quoddam deoꝝ oraculum ex europa ĩ aſiam ſup aureo ariete uirginẽ ĩ mare delapſam dediſſe helleſponto nomẽ:phrixum ĩ pontum ꝓficiſcẽtẽ delatum in colchida:qui cum ſecundum oraculum arietẽ ſacrificaſſet pellẽ ĩ tẽplo Martis ſuſpendit.Poſtmodum Oeta ĩ ponto regnãte reſpõſo datum eſt illum tunc mortẽ obiturum:cum externi nauigio delati aureum uellus ſuſtuliſſent.Hac ex cauſa tum uero ĩnata crudelitate oſtenrauit ſe hoſpites ſacrificare:ut diuulgata tanti ſceleris fama externi oẽs eũ acceſſum abhorrerẽt:Tẽplum quoq; muro circundedit cuſtodeſq; plures appoſuit ex taurica accitos:de quibus a græcis mirandæ fabulæ finguntur.Decantatum enim eſt tauros ignẽ ſpirantes circa tẽplum eſſe.A dracone inſup cuſtodiri uellus.Verum tauroꝝ nomẽ cuſtodum a robore traductũ ẽ a crudelitate uero cædis hoſpitum tauros ignem efflare confictum:Modo ſimili cũ templi cuſtos draco appellaretur traduxerunt poetæ admirandas ſtupẽdaſq; eius animantis fabulas.Similiter & de phrixo quoq; fabulæ confictæ ſunt.Q uippe nauigaſſe eum ferunt quidã in naui:cuius in prora ſignum fuerit arietis.Q uod helles moleſte ferens cum ĩ ſpõda nauis ĩcũberet ĩ mare decidit:alii tradunt Gãbrum ſcythaꝝ regem incholcos quo tẽpore phrixus cũ pedagogo captus fuerit aduectũ:cũ adoleſcentem dilexiſſet dono illum ab œta accepiſſe:eumq; ut legitimum ab ſe filium educatum regni heredem relictum. Pedagogũ:is aries uocabatur: ſacrificatũ

diis:eiuſq; pellem ā cadauere euulſā de more templo fuiſſe affixā.Dein
de reſpōſo tradito ſe tunc moriturꝝ cū aduentātes hoſpites arietis pellem
ſuſtuliſſent: regē aiunt adhibitis templo cuſtodibus eā quo diligentius
ſeruaretur deauraſſe.Sed hæc legentibus ſuo arbitratu iudicare licet. Cæ
terꝝ medeā tradunt argonautas ad templum deduxiſſe martis longe ab
urbe Sybari colchoꝝ regia ſtadiis ſeptuaginta.Accedentem ad fores tem
pli medeā appellati taurica linguā ab ea milites apertis ianuis ut regis filiā
introduxerunt:argonautæ tēplum ſimul ingreſſi eductis ēſibus cum plu-
res ex barbaris occidiſſent:aliis improuiſa re territis diffugientibuſq; ere
pta aurea pelle eueſtigio ad nauem reuerſi ſunt:Medea draconem pellis
cuſtodiæ icubantem ſemperq;:ut fabulæ ferunt uigilē ueneno perimens
una cum iaſone mare conſcendit.Re ab his qui diffugerunt Oete nuntiā
ta aſſerunt eum cum his qui īpromptu erant militibus græcos inſecutū
plures iuxta littus cōperiſſe:Quibus cum primo impetu pugna cōmiſſa
iphitus Euriſtei qui herculi certamina īperauerat frater cecidit.Cæteri de
inceps cum ſuis auxilio accuriſſent inſtaurato certamine rex eſt a melea-
gro exciſus.Supantibus græcis reliqui colchoꝝ in fugam uerſi magna ex
parte interiere.Optimus tamē quiſq; uulneratus eſt.Iaſon laertes athlāte
ac Teſpiades. Quos diebus paucis medea radicibus herbiſq; curauit.
Deinceps cum recupata ualitudine nauigaſſent:iam medium ponticum
mare tenentes īgens tēpeſtas magno cum piculo adorta eſt.Tum ab Or
pheo quemadmodum antæa uoto Samothracibus facto quierunt uenti
apparuit quoq; iuxta nauē maritimus glaucus:qui duabus noctibus toti
deq; diebus cōtinuo nauem comitatus:& futura herculi certamina & im-
mortalitatē pdixit:Tindaridis uero q dioſcuri uocarentur:deoꝝq; hono-
res ab hoībus eſſent cōſecuturi.Deniq; cum ōes argonautas noīe appellaſ
ſet:dixiſſetq; uotis orphei ab diis ſe miſſum:qui eis futura pdiceret:con
ſulere ſe illis ait:cum primum in patriam ueniſſent:uota diis perſoluerēt
pro ſalute iam bis ab illis ſuſcepta.Argonautæ cum ad hoſtium ponti ꝑ
ueniſſent:ad oram appullere:cui tunc imperabāt byzantus: aquo urbs
byzantium ē appellata.Ibi erecta ara cum diis uota pſoluiſſent:locū cōſe-
crarunt:quē etiā nunc:nauigantes colant.Deinde mare ingreſſi p ppon-
tidem helle pontumq; ad troiā delati ſunt. Hic hercules fratre Iphido
ac Telamone ad ciuitatem miſſis hequos eſionēq; iuxta pmiſſa poſtula
tū.Tradunt laumedontē oratores captos tranſiſſe īcarcerē:reliquos argo
nautas per īſidias occidere uoluiſſe.Cuius rei omnes præter priamum fi
lios adiutores ſe præbere.Hic ſolus contradixit:aſſerenſ ſeruandā eē hoſ
pitibus promiſſoꝝ fidem:atq; equos ſororēq; eſſe tradendos:A qua ſen-

tentiã cũm ãuerſi eſſent:fertur priamus duos incarcerem ad Telamonẽ enſes clam detuliſſe:narrataq; patris uoluntate extitiſſe eis cauſa ſalutis Nan illi cuſtodibus interfectis ad mare fugientes expoſito ſingulatim ſociis laumedontis conſilio una cum eis regi qui cum militibus ex urbe ſe aduerſus prodierat occurrerũt. Acri certamine cõmiſſo cu argonautæ uirtute ſuperiores eſſent ferunt herculem præcæteris fortiter pugnantem & occidiſſe Laumendontem & primo ĩpetu urbe capta in regis inſidiaꝝ cõſcios animaduertiſſe. Deinde priamo ut uiro iuſto amicoq; regno tradito cum reliquis argonautis diſceſſiſſe. Nõnulli ex antiquis tradũt poetis ab hercule non cum argonautis:ſed ſolo cum nauibus ſex equorum gratia profecto troiã deletam. Quod & homerus uidetur in ſuis carminibus ſẽtire:ſcribens herculem equorum laumedontis gratia ſex propiis nauibus & uiris paucis ciuitatem ab ſe expugnatam cæpiſſe. Argonautas a troia tradunt ĩ ſamothracia ĩde latos redditis magnis diis uotis iteꝝ in tẽplo poſuiſſe phialas:que hucuſq; ſeruantur. Eorum reditu adhuc apud theſſalos ignoto diuulgatã aiunt eſſe famam omnes qui cum Iaſone in põtum nauigarant occidiõe occiſos eſſe. Itaq; pelias tẽpus eẽ raptus cæteros quorum erat priuare regno primo iaſonis patrẽ ſanguiuẽ tauri bibere cõpulit Fratrem promachũ adhuc puerum occidit. Amphinomes mater morti deſtinata uirili animo rẽ auſa memoratu dignam. Cũ ad interiora regiæ confugiſſet orãs deos ut tantæ impietati merita præmia darent:enſe pectus transfixit. Hoc pelias pacto omni iaſonis progenie ſublata cito ſuoꝝ ſcelerum pœnas luit. Nam cum iaſon in theſſaliam ad ormum haud longe ab Iolcho locum urbem egredientibus occultum noctu appulliſſet:impiam ſuorum cognouit cædem Argonautis ſuam operam ad tantum ſcelus ulciſcendum pollicentibus omniaq; ſubire paratis diſcrimĩa hud parũa inter eos dubitatio incidit:ſubito ne ui in urbem irruẽdum eſſet: deq; ĩprouiſo rex armis appetendus:an arceſſendi a ſuis milites: communiq; bello res eẽt agẽda? Haud.n. poſſibile fore ab tribus & quĩquaginta uiris ſuperari regem poſſe:cui plurimæ auxilia urbes ferrẽt. Cũ hæc agitarentur fertur medea pollicita eſſe ſuis ſe peliam necaturam dolis:regiamq; ſe illis ſine piculo tradituram. His uerbis admirati omẽs cum modũ ſui cõſilii quærerent reſpondiſſe medeã dicunt ſecũ attuliſſe plura mirandæq; uirtutis uenena tum a matre heccate:tũ a Circe ſorore:quibus nũq̃ antæa ad hoĩum pniciem uti uoluiſſet reperta. Nunc uero eoꝝ cauſa facile ſe id ſcelus peliæ:ſi uelint:ulturam & ſimul quæ actura eẽt ſingulatim cũ prædixiſſet:a regiã inſuper maritimæ ſpeculæ cuſtodibus ſignũ pfectæ rei ſe daturã aſſeruit fumũ die:noctu ignem. Igitur parata caua dianæ imagĩe

uaria uenenoꝝ generã in ea abſcondit. Deinde capillos ſuos quibuſdam
medicamentis canos reddens ita faciem corpuſq; rugoſũ effecit ut aſpi-
cientibus quædam ſenior annu uideretur. Sumpta deide quã ſtupendo
quodã apud uulgus mõ cõdiderat dianæ ſtatua ĩ urbẽ ꝓfecta omnes ad
ſuperſtitionẽ cõmouit. Cum ueluti fanatica uideretur ſingulis ꝑ uicos ad
ſpectadum cõcurrentibus hortabatur: ut pie deũ ſuſciperent colerentq;.
Acceſſiſſe enim eã ab hypboreis & regis & ciuitatis bono. Cũ ſinguli de-
am ſacris uenerarentur uniuerſus tanq̃ debacchatus populus medeam in
regiam deduxit. Hæc res & peliæ ſuperſtitionem iniecit & filiæ in eũ ſtu-
porem medeæ præſtigiis deductæ ſunt: ut pſuaderentur præſentẽ deã
fœlicitatem regiæ præbiturã. Afferebat enĩ dianã a draconibus ꝑ aerem
delatam magnã orbis partem circuiſſe. Vt aũt ꝑpetuo coleret elegiſſe om
nium regum piiſſimum. Mãdaſſe inſuper ſibi deam: ut ſenectam peliæ
quibuſdam pharmacis ablatam in adoloſcentiã uerteret: multoꝝq; anno
rum uitam beatam diiſq; acceptã præberet. Ad quæ uerba cum rex uelu
ti miranda oſtupeſceret iuſſit Medeam in ſe ipſa: ut fides ei haberetur:
quod dixerat experiri. Illa petens ut pura ab una ex filiabus afferretur: a-
qua: cum ſe in thalamo incluſiſſet ũxiſſetq; corpus herbaꝝ uiribus ĩ pri
orem ætatem reſtituta ẽ. Quæ res & regem & omnes qui id aſpexerant
ad ſtuporem ꝑduxit. Videbatur enĩ nõ niſi deorum quadam prouidẽtia
ſenectutẽ in uirginis ætatem pulcherrimæq; fuiſſe cõuerſã. Feciſſe quoq;
aſſerunt eam quibuſdam incantationibus ut draconum ſpecies dea ꝑ ae
rẽ ab hyperboreis uecta apud peliã diuertere uideretur. Hæc cum præter
naturam putarentur humanam cũq; pelias plurimi Medeam faceret: exi-
ſtimaretq; illam uerã loqui aiunt oĩbus ſingulatim filiabus mandaſſe: ut
uoluntati ĩperioq; medeæ parerẽt. Non enim decere regis corpꝰs ſeruorũ
manibus tractari: ſed filiaꝝ obſequio deoꝝ beneficio potiri. Diligẽter igi
tur filias obſequi medeæ imperauit: quicquid circa ſui corporis curã mã-
daret. Sequente nocte cum pelias dormitum iſſet: aiunt dixiſſe. Medeam
neceſſe eſſe: ut pelliæ corpus in uaſe æneo coqueretur: Quod cum actu
ræ eſſent uirgines una experimẽto aliquo fidẽ uerbis ſuis fieri poſtulauit
Aries aderat multis annis domi nutritus: quẽ uirginibus pollicita eſt ſi il
lum prius decoxiſſet: magnuũ ſe poſtea reſtiturã. Cum uiraines ãnuiſſẽt
ferunt medeam arietis decoxiſſe corpux in fruſtra diuiſum ac uẽnenis q
buſdam ex lebete agni ſpeciẽ eduxiſſe. Quo facto fides medeæ habita
adoloſcentes, omnes præter Alceſtem quæ impietatẽ facti abnuit ad ĩter
ficiẽdum peliam induxit. Tum medeam dicunt ne peliæ corpus aut inci
derẽt aut coquerẽt edixiſſe. Simulans uero prius uotum lunæ eſſe facien

